

cif. 621. repetit. decif. 271. num. 22. par. 6. recent. & frequenter.

4 Prout non datur in re clara, ideoque requirit probabile dubium ex allegatis, & bene in Bonon. nullitatis concordia 12. Junii 1645. coram Cerro: Et de conseqenti non intrat ubi causa finita est per rem judicatam didi. l. i. ff. de transact. leg. si causa cognita. C. de cod. tit. Rom. conf. 504. num. 7. Rot. didi. decif. 21. Merlin. decif. 337. numer. 12. par. 5. recent. & sepius.

6 Et demum exigit reciprocum commodum, seu emolumentum, ut scilicet aliquid hinc inde detur, vel remittatur, aliis, ubi quis nihil obinet, alter vero totum id, quod ex litis eventu sperare possit, tunc dicitur transactio leonina, & consequenter nullius roboris, etiam quod ipsosmet transigentes, eorumque haeredes, vel causam habentes, ut apud Caril. dec. 278. nu. 1. in didi. Bonon. nullitatis concordia 12. Junii 1645. coram Cerro, ideoque, cum sit jus principium absolutum.

7 Rari autem sunt casus, in quibus ex his defectibus quoad ipsosmet transigentes, vel habentes causam ab eis, transactiones annullentur, cum dicta requisita regulariter vera, ob limitationes, vel declarationes eis traditas, (quoties admixtum non est interesse tertii independentis, cujus respectu de his queri solet,) illa quodammodo idealia remanere videantur.

8 Siquidem quoad primum litis, receptum est, ejus habitualis existentiam, vel ejusdem futuram timorem sufficere, ex deductis apud Buratt. & add. dec. 280. Cavaler. dec. 407. n. 7. dec. 161. n. 5. par. 7. rot. & pluries.

9 Atque circa dubietatem, pariter ad effectum, (cessante scilicet mixtura tertii,) & inter ipsos transigentes, receptum est, eam sufficere tale qualem, adeo etiam, & dictum, vel opinio unius Doctoris attendatur, juxta decisiones deductas sub tit. de emphyt. discurs. 52. & de fideicom. disc. 173. & seq.

10 Cumque, ut pluries hoc eodem tit. ac ferè in omnibus advertitur, & praesertim in sua propria materia sub tit. de iudicis, res judicata, vel tres conformes, ad quamdam concordantiam, seu formalitatem, praesertim in Kota, & Curia Romana redacta videantur, adeo ex praetextu injunctae quamvis non notoriae, sed ordinatae, & simplicis, nimium de facili, adversus rem judicatam jamdiu observatam, respondeatur, ut inter quamplura exempla, patet ex illo, de quo in Nolana beneficii 2. Decembris 1669. & 27. Januarii 1670. coram Vicecomite, ubi de restitutione in integrum adversus rem judicatam Rotalem cor. Seraphino de anno 1599. & sic post pacificam observantiam annorum 70. de quo casu habetur in supplemento sub tit. de beneficiis, cum aliis casibus, de quibus dicta sua sede sub tit. de iudicis, ubi etiam de aliis super facili infirmatione trium conformium Rotalium executioni etiam demandatur, ut praesertim liquet ex casu, de quo sub tit. de fideic. disc. 179. hinc proinde non de facili verificabilis est iste defectus cessantis dubietatis, vel rei judicatae.

11 Et quoad reciprocum commodum, quandoque dictum est, illud verificari in eo commodo quod reportatur per recessum à lite, & alicuarum expensarum remissionem, quamvis id, quod sub lite erat, totum ab altero obtineatur, ut apud Rojas dec. 347. n. 5. & dec. 477. n. 6. apud Merl. dec. 163. per totum, in quibus concordantes.

12 E converso autem ista relaxatio hujusmodi requisitorum in Curia, compensata remanet cum opinione, apud alios nimis controversa, de facili admittendi laesorem in isto contractu transactionis, juxta terminos textus in l. 2. Cod. de rescind. vendit. cum eadem distinctione inter laesorem enormem, & enormissimam, ut primo casu intret rescissio, cum optione ejus, contra quem intentatur, vel restituendi, vel supplendi justum pretium, cum lucro fructuum medi temporis; In altero autem laesorem enormissimae, utpotè dictum optionis beneficium, obligatoria quoque ad restitutionem fructuum, ex eius, quae habetur sub tit. de emphyt. & venditione, praesertim in Romana transactionis disc. 27. & in aliis.

14 Ideoque id, quod non de facili resultat per dictam viam deficientium requisitorum, resultare solet per istam viam enormissimae laesorem, ad cujus effectum inspicitur de majori, vel minori dubietate, & an emolumentum sit proportionatum aestimationi dubii, seu incerti eventus litis.

Majores autem, ac frequentiores controversiae, in ista transactionis materia, esse solent, ubi admixtum est in-

teresse tertii venientis independenter ab ipsis transigentibus, quorum factio non obligetur, adeo ut sibi non obitet regula textus in *Leum à matre Cod. de vel vendit. & l. vendicantem ff. de evict.* an scilicet illi praedictetur, seu cum obliget ad observantiam.

Id autem plures habet casus diversos, in quibus diversimodè respondendum est, ideoque certa, & determinata regula generalis desuper tradi non potest, sed pendet determinatio à qualitate, vel jure tertii, de cujus obligatione, vel praedictio agatur.

Primus autem casus est, successoris in Praetura, vel beneficio ecclesiastico, an stare teneatur transactioni praecessoris, vel potius ea remaneat personalis; Cumque in hoc, ultra requisitum bonae fidei, de quo infra, in fideicommissario, vel altero circa transactionem super bonis, vel juribus indifferentibus, ad effectum obligationis successoriae, requiratur etiam copulative solemnitas beneficii Apostolici ad limites *Extravag. Ambrosiae de reb. ecclsi. non alienan.* Vel pro bonorum, seu jurium qualitate, auctoritatis Ordinarum cum aliis ad limites juris communis, cum hodie extra controversiam sit transactionem venire sub prohibita alienatione, ex deductis *supra discurs. 1.* & in aliis pluries, & sub tit. de iurisdic. disc. 24. Hinc proinde, cum copulative requiratur solemnitas, & causa, adeo ut unum sine altero non sufficiat, nil refert, an concordia optima fide inita sit, ubi defectus solemnitas, quae è converso causam non supplet, sed hoc non refutatur à postea transigentes, sed à qualitate bonorum, & jurium, super quibus est transactum.

Alter casus est praecedenti similis, ubi agatur de Regalibus, vel aliis, quae nullatenus in commercio sint abique Papae, vel alterius Principis respectu beneficiati, ut sunt beneficia, & pensiones ecclesiasticae, officia, & alia jura Regalia, in privato commercio non existentia, quoniam ubi agatur de imprimendo jus in re, vel ad rem, adeo ut contractus percutiat ipsius rei, vel juris substantiam, nil refert adesse causam, si copulative solemnitas non adest, ex pluries deductis in suis respectu materiis sub tit. de benef. & sub altero de pensionibus, ac sub altero de Regalib. Ideo idem procedit.

Tertius est casus in feudis veris, & propriis pacti: & providentiae, in quibus successore veniat jure proprio independenter à feudatario transigente, & de hoc habetur *sub tit. de feudis disc. 49.* ubi de distinctione inter feuda Regnorum utriusque Siciliae, ob eorum peculiare leges, ob quas, iuxta causam sine assensu non sufficit, quamvis admixtam habeant hereditariam qualitatem, & terminos juris communis feudorum, ex ibi deductis.

Quartus est in majoratibus, ac primogeniis, & fideicommissis, in quibus apud antiquiores aliqua dignoscitur discrepantia opinionum, an transactio inita per privatum vel possessorem afficiat successorem jure suo venientem. Hodie verò, exceptis majoratibus Hispaniae, in quibus, vel ex peculiaribus legibus, vel ex recepto stylo, indefinitè recepta est negativa abique Regia facultate, adeo ut parificari videantur feudis dictorum Regnorum utriusque Siciliae; In reliquis jure communi regulandis, adeo ut particulare obstaculum non accedat, decisio pendet à bona, vel mala fide, ut in casu bonae fidei afficiat successorem, secus autem è converso; Unius autem, vel alterius fidei qualitas pendet ab ipsis litis dubietate, ex iis, quae habentur pluries in sua materia sub tit. de fideicommissis, praesertim disc. 173. & seq. & d. disc. 49. de feud.

Aliaque in hac fideicommissaria materia datur improprae transactionis species etiam sine lite, super futura scilicet incerta spe, ita tanquam per emptionem, & venditionem factus retis vel incertae alicui transactionem deducta pro certo praemio de praesenti, juxta casum, de quo agit *rod. tit. de fideic. disc. 94.* ubi de eadem distinctione bonae, vel malae fidei, & an collusiva alienatio sub hoc transactionis pallio veletur.

Idemque ex eadem ratione pariformiter procedit in transactione, quae fiat super bonis emphyteuticis pacti, & providentiae, ex iis, quae habentur sub tit. de emphyteuti discurs. 52. Ubi, ac etiam locis citatis sub tit. de fideicommissis advertitur, quod licet quandoque in hac specie transactionis adhibita fuerit supra insinuata declaratio, ut qualisvis dubietas sufficiat, etiam quae ex dicto, vel opinione unius Doctoris resultat; Attamen id errorum est, quoniam; Aliud est agere de dubietate, ad effectum inducendi validitatem tran-

transactionis inter ipsosmet transigentes, & nè dici valeat, eam prodisset in re clara; Aliud verò est considerare probabilem dubietatem pro ista bona fide inducenda, quodque recompensa congrua sit, habita ratione incerti eventus, adeo ut actus, utilis, ac prudens, etiam pro successibus ita gelus videatur, & consequenter clarus error est istos terminos confundere.

Tertii interestati ad hunc effectum eodem jure dicuntur creditores transigentes, an scilicet quemadmodum debitor in praedictum creditorum jura quaesita, & sibi competentia remittere non potest, ita neque transigere valeat, & de hoc habetur actum in sua materia sub tit. de credito.

Ac etiam, tertii nomine venit fideicommissum, ex quo in subsidium bonorum liberorum dos constituenda, vel restituenda extrahi potest ad terminos textus in *aut. ver. quae Cod. commun. de legat.* an scilicet quemadmodum mulier remittere non potest, vel nolle quaerere bona libera, ita super eis transigere valeat, necne, de quo habetur actum in sua materia sub tit. de dote disc. 145. cum similibus, quibus eadem congruat rationes.

Altera quoque satis frequens questio in hac transactionis materia cadere solet super comprehensione bonorum, ac jurium; Quamvis enim transactionis natura sit extinguere omnia priora jura, & actiones, omniaque acta, adeo ut alia non remaneant actio nisi agendi ad ejus observantiam, & executionem cap. 1. de transact. cum concord. per Mant. de tacit. lib. 26. tit. 7. n. 4. Gregor. & add. dec. 216. nu. 2. & dec. 286. n. 6. Buratt. dec. 264. n. 7. & frequenter, adeo ut sit principium absolutum, ac praepollendum.

Attamen id intelligitur de bonis, & juribus, quae erant in lite, non autem de aliis, ex deductis praesertim sub tit. de feud. disc. 47. & alibi frequenter.

Verum licet ista regula certa sit, adhuc tamen, certa, & recepta est limitatio, ubi transactio per verba generalia, & effrenata concepta sit, ut tunc capiat etiam ea, quae sunt extra litem: Ita tamen quod istorum respectu non dicatur vera transactio, sed potius condonatio, vel pactum de non petendo. Unde propterea quaestio est potius facta, quam juris, super verborum, seu clausularum formula, & amplitudine, pro hujusmodi operatione inducenda, necne, in quo tamen, juxta generale naturam quaestionum facti, & voluntatis, certa, & determinata regula dari non potest, sed in singulis casibus particularis decisio pendet ab eorum circumstantiis; Licet enim generalis distinctio sit necne, proemialis ad certam transigendi causam restricta sit, necne, ut primo casu, clausula, & verba quantumvis ampla sentiant facultatem, seu consecutive, & ultra non operentur, secus autem in altero; Attamen haec est nuda juris praesumptio, quae ex contraria probatione, vel forioribus praesumptionibus tollitur, ex iis, quae habentur in hac materia deducta pluries alibi, praesertim sub titulo de feudis discurs. 47.

Pleraque alia sub hoc transactionis contractu cadunt quae colligere professus est Valeron. in *peculiaribus tract. de transact.* Ubi etiam de praemissis, & praesertim ad materiam text. in l. si diversa Codic. de transact. an scilicet, & quando possit quis audiri non facta restitutione ejus, quod accepit, de quo apud Gregor. addent. dec. 371. 354. & 418. dec. 124. n. 25. part. 10. rot. & frequenter in aliis, ac habetur sub tit. de iudicis super puncto, an, & quando id impediatur ingressum iudici.

Et de materia text. in l. de biss. de transact. habetur sub tit. de venue. Quodque aliquid obtinens jure transactionis, non dicatur obtinere jure novo, neque transigentem agnoscat in auctorem, sed jure suo primaevo tanquam per remotionem obstaculi, est nimium frequens, ac recepta conclusio, de qua in omni ferè materia.

Quoverò ad alienationem in genere, circa illius prohibitionem in bonis Ecclesiae, ac pupillarum, minorum, seu Communitarum habetur in praecedentibus hoc eodem tit. In feudis autem, ac Regalibus, & emphyteuticis, & fideicommissis, habetur in suis respectu titulis; Et praesertim in hoc ultimo de fideicommissis habetur de facultate alienandi, an concessa in vita, competat in morte; Sive ad exercitium deducta dicatur per simplicem institutionem heredis vel aliam genericam dispositionem, ut praesertim d. tit. disc. 58.

Quoverò ad pacta; De illo quoque litis agit sub tit. de iudicis; Et de pactis super hereditate, vel successione viventis sub tit. de success. ac sub d. tit. de fideic. disc. 141. Et de pactis restringentibus matrimonium liberatam sub tit. de matrim. & sub tit. de usur. disc. 36. Et de obligationibus ad professionem sub tit. de Regalib. Et de pactis simoniacis in be-

Card. de Luca Lib. VII.

neficiis, & pensionibus sub utroque tit. de beneficiis, & pensionibus, cum similibus, de quibus ferè in omnibus titulis, seu materiis, & praesertim sub tit. de credito, ubi praesertim, an, & quando pactum nudum producat obligationem, & actionem; Et de pactis prohibitis, an, & quando vitient, vel vitentur, habetur sub tit. de censibus, & sub altero de feudis in proposito reservationis, cum similibus, de quibus ipsarum pro contingenti casuum opportunitate in suis respectu materiis.

De illis contractibus illicitis, qui vulgò dicuntur *stocchi*, *barocchi*, & *civantiae*, raro foris agit, adeo ut occasio adhuc non praebuerit id formiter disputare, quamvis in praxi de facto illi sint nimium frequentes, atque de eis deberet frequenter agi in foro criminali, hujusmodi creditores severe puniendo; Et de his agit apud Fenzon. ad Statutum Urbis 153. per quod statutum hujusmodi contractus improbantur.

ANNOT. AD DISC. L.

Ad materiam transactionis ultra deducta in praesenti discursu generali, videri poterunt deducta in supplemento hoc eodem tit. disc. 70. in quo agit de perfectione, ac probatione transactionis, adeo ut effectum sortiri debeat.

ROMANA MODERATIONIS MONITORII

PRO RECTORE ECCLESIAE N. Discursus in congressu pro directione.

De penis contentis in Extravag. Ambrosiae pro alienatione bonorum Ecclesiae, quando incurrantur, & locum habeant, necne.

SUMMARIUM.

- 1 Falsi series.
2 An ob invalidam alienationem procedi possit criminaliter.
3 Ad effectum penarum requiritur dolus, & malitia.
4 Aliud est agere de nullitate actus, & aliud de penis.
5 Bona concedi solita possunt concedi.
6 Reservatio beneficii, an excuset.
7 De differentia quoad penarum speciem.
8 Retractatio alienatione re integra excusat.
9 Utilitas etiam excusat.
10 An & quando dispositio Extravag. intret in pecunia destinata investimento.

DISC. LI.

Concessa per Rectorem domo in emphyteusi ad tertiam generationem cum reservatione beneficii Apostolici; Cum ante ejus impetrationem sequata traditione, concessionarius notabiliter domum meliorasset, cum impensa scutorum mille, & ultra, interim vero sequata esset restitutio fortis ejusdem Ecclesiae; Hinc Rector judicavit magis expedire, hanc pecuniam erogare in restitutione dictorum melioramentorum, atque reassumere domum, quae ob dicta melioramenta majorem notabilem fructum producebat; Idcirco cum res esset integra, atque concessionarius hanc penitentiam impedire non posset, concorditer eam cessit, restitutione impensis contentus; Ad aliud verò tempus contra Rectorem porrecta fuit coram Vicario accusatio, vel denunciatio de contraventione Extravag. Ambrosiae ob dictam alienationem; Ac etiam quod studiosè, & collusivè in causam dictorum melioramentorum soluisset majorem summam quam revera importarent, affectando à perito quandam alteratam aestimationem. Ideoque sibi transmissum fuit monitorium sive inquisitio, cum comminatione penarum contentarum, in eadem Extravaganti, censuram nempe, & privationis beneficii, Quare convocato per Rectorem congressu quorundam Curialium vacantium negotiis criminalibus juxta professionum, seu classium distinctionem insinuatam discurs. 46. relatione Curiae, optavit, ut ego quoque quamvis ab hujusmodi negotiis proavis alienus, tamquam amicus potius, quam tamquam Advocatus in eo intervenirem.

In isto itaque congressu, concludebant Criminalitates infundendum esse in monitorii moderatione tam circa citationem ad com-

ad comparandum personaliter, quam circa dictarum pena- rum comminationem excessivam; Unde duplex adesse gravamen, Unum scilicet ad comparandum personaliter, quoniam cum dicta pena consistat in censuris, & in pri- vatione beneficii, idcirco adhuc effectum comparandi per Procuratorem, civilis potius, quam criminalis, naturam, vel speciem causa habere diceretur, quam etiam quod stante retractatione alienationis re integra, non esset locus pœnis, idcirco comparandum esset per Procuratorem, atque instan- dum pro remissione causae Judici Civili.

Laudando discitur, utpotè juridicum; beneque funda- tum, dicebam tamen timendum potius malum, quem spe- randum esse bonum eventum, ut revera exitus docuit; Ac propterea cuidam gratioso temperamento acquiescere opus fuit. Non quod ab eis deducatur propositiones, de quibus infra, non essent veræ, & iuridicæ, sed ex eo quod lateret anguis in herba, quod scilicet artificiosè comminatæ essent pœnæ minores, ut alliceretur citatus ad comparandum, ad effectum habendi illum in manibus, deindeque agendi causam verè ac magis criminalem præsertim impliciti furti, & usurpationis capitalis sub falso, & alterato colore meliora- mentorum in majori summa, quatenus præsentia fraus, & collusio justificaretur, cum illa postea delictum criminaliter punibile efficeretur; Quamvis etenim id constanter per Actorem negaretur, quoque in bona fide verus esset, unde variatio valoris dictorum melioramentorum proveniret, vel è fraude periti colludentis cum eo, cui melioramen- torum respectio facienda erat; Vel probabilis ab illa nimia judiciorum varietate inter hujusmodi Peritos, & Aestimato- res, quam quod iudiana pax docet, ex relatis disc. 33. de iudic. atque ob eius probitatem ejus assertio nimium probabi- lis videretur; adhuc tamen id caderet in defensionibus, sed non tolleretur cursum causæ in criminalibus.

Quatenus itaque pertinet ad pœnas in dicta Extravag. contentas pro actu alienationis, concurrere in sensum aliorum, ut illæ non intrarent, quoque secluso dicto alio delicto pro Fisco præteno, in reliquis timendum non est, quoniam ad effectum pœnarum requiruntur dolus, contemp- tus, & temeritas, ut illud verbum præsumpserit, quod Constitutio Apostolica adhibet iuxta celebrem, ac recep- tam doctrinam Zabarel. in clem. 1. de priv. n. 22. Navar. Quarant. Azor. Reginald. Garzias, Mantic. Ricc. & alii quos in specie refert Vermigli. cons. 182. n. 2. & cons. 183. n. fm. ubi agit de Patribus Congregationis Oratorii imputatis de incurfu censuratum ex eo quod Ecclesiæ domum demolierint, ut Sacrarium construerent.

Aliud enim est nullitas actus ad effectus de quibus supra disc. 1. & seqq. Aliud verò incurfus pœnarum, qui nimium raro, ac penè unquam ad praxim deducitur, ut advertitur eodem disc. 1. n. 99. ipseque usus comprobatur, quoniam quæ- libet causa, quamvis non apta ad substituendum actum, qui præterea adhuc invalidus, vel retractabilis remaneat, excusat à dolo, & temeritate requisitis pro incurfu pœnarum. Plura verò in hac facti specie concurrebant hunc incurfum excusantia, quamvis etiam singulariter considerata essent, multò magis si ea simul juncta considerentur; Primò nempe quia supponebatur, quod esset concedi solita, ideoque non caderet sub dicta Extravag. prohibitione, ut ead. disc. 1. n. 130. & alibi pluries; Quidquid enim esset, an verificaretur illa requisita, quæ desuper desiderantur de quibus supra ead. disc. 1. n. 131. ad effectum validitatis actus, attamen ad hunc effectum sufficit nudum factum, quod res esset solita concedi, ut iustum habuerit causam credendi fieri potuisset.

Secundò quia fuit expressè reservatum beneficium Apostolicum ex relatis per Gonzal. ad reg. 8. gl. 12. nu. 80. Quamvis etenim in materia feudali, vel emphyteutica, & simili ad effectum pœnæ caducitatis distingui solet, an de- ventum sit ad traditionem de facto, quasi quod isto casu re- servatio non proficit, utpotè contraria de facto, cum alias esset eludere legem quæ verbis potius quam rebus imposi- ta diceretur, ut advertitur sub tit. de Feud. de Emphy. & sub tit. de Donat. disc. 61. ac etiam sub tit. de fidei. & alibi.

Quod tamen neque ita generaliter intelligendum est, adeo ut in isto etiam assumpto intraret consuetus, ac pluries inculcatus error procedendi cum generalitatibus, cum ve- rius decisio pendeat ex singularum casuum particularibus circumstantiis bonam, vel malam fidem, ac fraudem, & affectionem redolentibus, vel respectivè excludentibus.

Attamen magna constituenda videtur differentia inter casum, in quo agatur de pœnali caducitate, ab eo jure, quod contraveniens ex alterius libertate, & beneficio obtineat, ut illud ad ipsum concedentem redeat, vel transeat ad alte-

rum ab eodem concedente vocatum, ut contingit in feudo, vel emphyteusi, sive fideicommissio, aut donatione causati- va, & similibus; Et alterum casum in quo incurritur pœna proprii corporis, vel animæ afflictiva, & jactura proprium bonorum vel jurium, quæ jam ex diversis titulis obtinerentur; Priori etenim casu verè, & respectu principii vide- tur potius missio lucri, & emolumentis, adeo ut, licet veniat quoque sub nomine pœnæ, qualem importat omnis privato juris jam questiti, ad differentiam conditionis impediens jus quærendum; Attamen non est pœna formalis damni- ficativa de proprio, ut est in altero casu, in quo verè, & prop- riè agitur de damno vitando juxta distinctionem, de quibus in frequenter allegatis discursibus 73. de Testam. disc. 134. de fideicom. & disc. 14. de matr. & in aliis.

Et tamen, etiam priori casu requiruntur dolus, & mali- tia in faciando, & qui ob ipsum actum raro ad praxim deducuntur pro illius effectus productione, quoties non accedat perseverantia juxta ea, quæ habentur disc. 157. Fidei- commissi. & in Romana Præingenituræ de Cesarinis eodem tit. in supplemento disc. 201. & alibi, multò magis in altero casu, & ad alium longè majorem, ac duriorum effectum.

Tertiò clarius ob retractationis subsequutum re integra, & priusquam accusatori, aut Fisco, vel alteri aliud jus quæsitum dici valeat, cum illa penitentia, aut retractatio, vel arguat bonam fidem ab initio, vel abluat maculam contractam juxta consil. 34. Butr. cum generaliter collectis per Grat. disc. 202. n. 26. & seqq. Cenc. de cons. quæst. 19. n. 6. Et in specie Navar. cons. 18. de reb. Eccl. non alienan. cum concordantibus per Barbof. de P. avoc. c. 13. n. 41.

Et quartò quia respectu effectus actus fuit prudenter initus cum magna Ecclesiæ utilitate, quæ principaliter in hac ma- teria attenditur, adeo ut quamvis ad validitatem actus illa sola non sufficiat, nisi copulativè concurrat solemnitas hodie consistens in beneficio Apostolico, quia si lex præ- cipit, Attamen ubi illud accedit, adeo ut fiat obedientia legi, non curentur illa obreptionis, & subreptionis, vel simili- lia vicia, quæ in aliis gratis, & literis Apostolicis attendi solent, quoties adimpletur fidei finis, ut advertitur supra d. disc. 1. n. 55. & in aliis; Idcirco ubi Ecclesiæ utile negotium geratur, id redolet bonam fidem, & excludit dolum, & malitiam, sine quibus hujusmodi gravium pœnarum incur- sum non est admittendum, nisi conslet quod negligere hanc solemnitatem proveniret ex positivo contemptu legis, & Sedis Apostolicæ, quod nimium raro ac fortè unquam inter Catholicos Ecclesiasticos præsertim citra montes, multò magis in ipsamet Urbe dici potest verificabile.

Quoverò ad alteram obviolationem erogationis pecuniæ obvenit ad redemptionem Censuum, quæ utpotè destinata investimento habet speciem rei stabiliis, & cadit sub dispositio- ne Extravagantis, duas dicebam adparari posse responsio- nes; Primò nempe quod istæ alienationes improprie cadunt in iis, quæ non sint verè stabilia, in quibus prædicetur natu- ralis, & actualis abdicatio domini ab Ecclesiæ, & translatio in alterum; Quamvis ex magis recepta ejusdem Extravagantis extensione, vel interpretatione, illa quoque pro- cedat ad effectus civile nullitatis actus, ac etiam refectionis ejus, quod interest, non tamen idem dicendum est ad illos effectus pœnales, ad quos lex scripta rigorosè intelli- genda est ad limites verborum; Et per consequens cum ipsa loquatur de stabilitibus, intelligenda veniat de iis quæ sint talia per veritatem, non autem per fictionem, quoties non agatur de illis juribus, quæ magis quam stabilia æstimantur, atque habere expedit, ut sunt jurisdictiones, & præemi- nentiæ juxta casum de quo disc. 24. de jurisdict. & alterum de quo disc. 11. de præemin. cum similibus.

Et secundo quoniam prohibuit ejusdem Reftori, vel Administratori Ecclesiæ consumere, vel alias distrahere hanc speciem pecuniæ, quæ ob destinationem habet natu- ram capitalis, ideoque illam denuò investire teneretur, atque alias reficere debere id quod interest; Et quod nec pro facti circumstantiis, quæ aliquam redolent malitiam, erit punibilis Episcopi vel alterius superioris arbitrio juxta majorem vel minorem malitiam, non autem cum istis gra- vioribus pœnis per Extravagantem inflatis; Sed non tenetur præcisè ad eandem speciem investimenti, cum prohibi- tum non sit pecuniæ obveniam ab extinctione census erogari in loca montium, vel in bona stabilia; Et è con- verso quoties lex particularis super modum præcisè investi- menti non urgeat, cum sufficiat adimpleri sine prohibi- tionis.

SENOGALIEN. BONORUM PRO COMITE CORRADO MARAZZANO CUM PASSIONEIS.

Casus disputatus coram Thefaulario, resolutus. pro Marazzano.

An venditio, vel alia alienatio bonorum Ecclesiæ, exigat scripturam ad ejus substantiam, & perfe- ctionem, vel potius detur casus, ut ad instar priva- torum cum solo verbo perficiatur, & de pluribus spe- ciebus Beneficii Apostolici super hujusmodi alienationibus; Et incidenter de additione in diem, an detur, necne favore Ecclesiæ.

S U M M A R I U M.

- 1 FActi series.
- 2 Quando non intrat questio, an scriptura sit ad perfe- ctionem, vel solum probationem.
- 3 Quod in alienationibus bonorum Ecclesiæ requiratur sem- per scriptura.
- 4 Conclusiones debet intelligi juxta casuum circumstantias.
- 5 De triplici specie Beneficii Apostolici.
- 6 Declaratur conclusio de qua n. 3.
- 7 Traditio ad quos effectus requiratur.
- 8 Cujus sit periculum ante traditionem.
- 9 De promissione de vendendo quid operetur.
- 10 Quando Ecclesiæ regulatur jure privato.
- 11 De additione in diem, quando intrat, & quomodo.

D I S C. L I I.

UT Congregatio Canonico-rum Lateranensium à qui- busdam debitis fructiferis, quæ urgebant, se libera- ret, expedire credidit alienare quendam bona in Diocesi Senogalienti. aliiq; forte ad adjacentibus partibus existentia, atque ad hunc effectum ejus Procurator Generalis obtinuit chirographum Pontificium directum Thefaulario, ut li- centiam, liberamque facultatem vendendi eidem concede- ret, ut ita facilius inveniretur emptores, prout ea per The- faurarium concessa, conclusa fuit venditio inter dictum Procuratorem Generalem, & Comitem Claudium Maraz- zanum pro pretio scilicet 1933. quos idem Emptor à Civita- te Parmen. patria ad Urbem cambiavit, ac deposuit, ut ad formam chirographi, & licentiæ, usus destinatus erogari possent, in hoc autem factu priusquam ad instrumenti con- fectionem devenit esse, fratres de Passionis præten- dentes rem adhuc esse integram, eadem bona se emptores obtulerunt pro majori pretio cum excessu scilicet 600. circiter, atque timentes ne ad confectioem instrumenti devenire- tur, curant inhiberi ab eodem Thefaulario petentes de- mandari ut cum eis potius tanquam melioribus oblatio- ribus pro Ecclesiæ utilitate, alienatio concludi deberet; Qua- re assumpta desuper disputatione. Quamvis plura inutili- ter hinc inde deducerentur cum consuetâ modernorum su- perfluitate; Attamen causa restringebatur ad punctum, an alienatio dicenda esset perfecta, vel potius adhuc re- maneret in terminis tractatus, adeo ut culibet librum est- set recedere; Et quatenus adesse perfectio, quæ peniten- tiam excluderet, an ob adhuc non consequutam stipulatio- nem instrumenti, & non factam traditionem, admittenda esset dicta nova melior oblatio tamquam per additionem in diem, pro Ecclesiæ, seu Religionis favore, & utilitate.

Quatenus pertinet ad primum punctum perfectionis, vel imperfectiois tractatus; Cum idem Procurator Genera- lis ingenue fateretur, quod in iis quæ ab ejus consensu pen- debant, atque ab illo Comitis emptoris, actus esset perfectè conclusus, adeo ut ea facta tolleretur questio cadens, in casu ambiguo voluntatis, & de qua sub tit. de emp. & vend. & alibi, an scilicet conventio de instrumento, vel alia scri- ptura percutiat substantiam, & perfectionem contractus, vel potius executionem, ac probationem, cum revera sit que- stio facti, & voluntatis potius, quam juris, & quæ proin- de non intrat, quando Partes concorditer asserant qualis nam voluntas fuerit; Hinc Scribentes pro novis oblatio- ribus dicebant id rectè procedere inter privatos, liberam suorum bonorum administrationem, ac dispositionem habentes, non autem in subiecta materia alienationis bonorum Ec- clesiæ, pro qua perficienda, per necesse requiritur scriptura super legitima executione beneficii Apostolici, quæ per executionem in eo deputatum causa cognita, & verificatis

verificandis fieri debet ex recepto principio, de quo sup. disc. 1. & alibi pluries, quod paria sunt nullum adesse bene- placitum Apostolicum vel adesse, & non esse executionum, vel malè, desuper cumulado auctoritates, & decisiones loco citato relatas, & alias, ex quibus patet, quod senten- tia exequutoris, aliaque acta supponuntur tanquam neces- saria, & per consequens, quod non detur casus venditionis perfectæ solo verbo, ut inter privatos datur.

Scribens pro Marazzano emptore, dicebam idem, quod in dies dicere oportet, propositionem scilicet esse veram in suo casu, malè autem applicari ad illum questionibus, ob di- versas ejus particulares circumstantias, ex quibus legum, seu legalium propositionum intelligentia, seu regulatio pendet, adeo ut perpetuus error sit cum soli generalitatibus procedere.

Hinc dicebam reflectendum esse ad plures, diversasque species Apostolici beneficii, quæ tres esse solent, Una scilicet est ordinaria, magis frequens, quæ dicitur in forma, si in evidentem, quia nempe committitur Ordinario loci, vel alteri exequutori in Apostolica dignitate Consti- tuto, ut comperto narrata esse vera, atque alienationem tendere in evidentem Ecclesiæ utilitatem, eandem alienationem jam factam approbet, ac revalidet, five illam faciendi licentiam concedat juxta ea, quæ super hujusmodi beneficii executione habentur supra disc. 1. ex n. 59. & in aliis; Istoque casu rectè procedit assumptum super nec- cessario intervenit scriptura.

Altera est species, quæ conceditur per viam confirmatio- nis, istaque in concordis tantum prædicari solet, quia nem- pè inita sit concordia pro scdanda licet, cum receptum sit quod etiam ista species contractus cadat sub genere prohibi- tæ alienationis, ad hoc ut sit perpetua, & afficiat suc- cessoris, idcirco prædicari solet beneficium Apostolicum per hanc viam confirmationis, quæ habet suas diversas species majoris, ac minoris operationis, unam scilicet, quæ dicatur in forma speciosa, & alteram in forma communi, ut sæpius advertebat.

Et tertia illa species, quæ conceditur per viam chirogra- phi, seu etiam quandoque per viam Brevis, aut per organum Sac. Cong. Concilii, vel Episcoporum, & Regularium, per quam conceditur licentia, pura ut ad alienationem deveniri valeat, cum ista præsertim legibus, quandoque generali- ter, & indefinitè non expressa certa persona, in quam ea faci- enda sit, & quandoque cum expressione personæ certæ, cum qua alienatio conclusa sit pro certo pretio, ut in hac facti specie sequebatur, in qua iste adhibitus fuit modus ob mixturam interesse Cameræ Apostolicæ, cum ista, & aliis Cögregationibus Monachalibus ratione subsidiorum, vel onerum, quæ per illas voluntur Cameræ, vel pro ea Montistis, quorum mentio habetur supra hoc eodem tit. disc. 56. & sub tit. de Regular. disc. 26. & alibi pluries, & ad hunc effectum adhiberi debeat organum Thefaurarii, cum hujus auctoritate pro indemnitate Cameræ, vel Montistarum hujusmodi alienationes sequi solent.

In hac itaq; ultima specie præter illas scripturas, quæ ad- hibentur in iplo Chirographo Pontificio, & in ipsius Thefa- urarii decretatione, quoties non injungatur, per eundè The- faurarium infimul cum venditore, venditionis actus fiat, ut sequi solet in illis voluntariis venditionibus, quæ abque auctoritate Congregationis Baronum cum ejus tamen facultatibus ad præscriptum Bullæ Baronum in vim Pontifici Chirographi fiant; Et tunc dicebam, quod ad perfectionem, & substantiam contractus, necessaria non est scriptura, cuius reservatio, ac etiam explicatio ad probationem, & cautela, five executionem conventionis potius referenda est, eodem modo, quo inter privatos non prohibitis, ex ea congrua ratione, quod ita jam remotum est illud prohibitionis obstatum, quod in Prælati, vel administratoribus bono- rum Ecclesiæ adesse dicitur per Extravag. Ambit. & per con- cordantes Canones, & Apostolicas Constitutiones, adeo ut tanquam per remotionem obstatuli, Prælati, vel admini- stratores, privati, ac indifferentibus Dominis exæquati sint, ac sub terminis generalibus juris cadunt.

Et quamvis per Scribentes in cstrarium infisteretur, quod nulla sequata esset traditio, quodque verba, ex quibus ex hac parte inferebantur ad perfectionem actus, importaret potius promissionem de vendendo, quam perfectam venditio- nem; Neutrū tamen ad rem facere, five obstat dicebam; Siquidem circa defectum traditionis, considerabilis ille dicitur ad effectum translationis domini, & possessionis, tam pro fructuum pertinentia juxta ea, quæ habentur infirmata disc. 160. de dote in princip. quam etiam pro effectu, de quo

in l. quoties Cod. de rei vindic. super relatione scilicet secundum emporis, cui prius traditio facta sit, quoties ratione hypothecae, vel clausulae Constituti, aut ex alia circumstantia non intert aliqua ex limitationibus praedictae legis tradit solitis, cum in reliquis praesertim ad effectum excludendi penitentiam, ea non sit necessaria.

Quinimo neque ad effectum periculi, quod post perfectum contractum est emporis, quoties non agatur de rebus confidentibus in pondere, numero, & mensura, in quibus iure quodam speciali periculum est venditoris, donec ponderatio vel numeratio, aut mensura sequatur, vel quod habeatur pro iam sequuta, quia per emptorem steterit, quominus sequeretur, siue quod fingatur per venditorem facta sibi ipsi tamquam venditoris mandatario iuxta ea, quae habentur in sua sede sub tit. de empr. & vend. disc. 6. & in supplem. & sub tit. de Regal. disc. 125. & alibi.

Prout ad eisdem effectus periculi fructuum, vel posteriori translationis in tertium, qui non sit fraudis particeps, & ex causa onerosa, cum similibus, quibus eadem congruat ratio, intrat haec inspectio, an actus importet perfectam venditionem, vel potius promissionem de vendendo, cum in reliquis concernentibus jus, vel praedictum ipsius promittentis, tam pro praestatione facti praecisi, quoties ab eo pendat, atque in sua sit facultate, quam etiam pro refectione eius, quando interest, quando factum praecium prestari non possit, recte intrat propositio quod promissio de facti, habeatur pro facto, ita cum his distinctionibus conciliandum invicem pugnantibus auctoritates, siue opiniones, aut verius consuetas irritantes in volutiones resultat, ex consueto vitio procedendi cum generalitatibus & in abstracto, & non reflectendi ad casum, vel effectum distinctiones, cum quibus de facili omnia conciliantur, atque plana remanent.

Hinc dicebam, quod in ista causa punctus praecipuus erat illius dictae remotionis obstaculo, ut propterea ecclesia exequata esset privato, atque regulanda esset cum illis generalibus regulis, vel terminis, cum quibus in privatorum non prohibitorum alienationibus, & contractibus proceditur, dum non solum in ecclesia, sed in omnibus aliis prohibitis, in quibus auctoritas iudicis, aliaque solemnitates requiruntur, ut in minoribus, & mulieribus, & Communitatibus, ac similibus, in praecedentibus adeo frequens habeatur, scriptura ad substantiam, & perfectionem requiri dicitur, non ex privilegio, vel speciali provisione legis, sed ratione subiectae materiae implementi videlicet solemnitatum perferendum ad actum, ac propterea si solemnitates adhibeantur in actu preparatorio, nulla scribitur praesertim necessitas; Ut exempli gratia, si cum solemnitatibus fiat mandatum procurae ad vendendum pro certo pretio cum certis legibus, ac propterea certo sit, quod alias solemnitates adhibere non oportet, tunc si procurator verbo cum legibus in mandato adiectis venditionem concludat, nil prohibet quod actus perfectus dicendus veniat, dum ita requisitum scripturae dicitur potius causatum, & ad certum effectum, quam pro forma praecisa, ideoque admittitur aequipollens.

Quo vero ad alteram inspectionem novae oblationis, vel additionis in diem, pro eius exclusione deducebam eandem auctoritates, & rationes, quae habentur supra hoc cod. titulo disc. 81. & sub tit. de locat. disc. 46. tam scilicet ex eo, quod ubi debet adhiberi fuerit solemnitates, adeo ut actus dicendus veniat validus, & perfectus, videtur id non esse in usu, & ex probabili ibidem ponderata ratione; Tunc quia ubi etiam id admittendum sit, attamen procedit, ubi augmentum esset notabile comparatione totius pretii, quod in praesenti dici non poterat; Ac demum fortius, quod res non esset integra, quamvis enim talis diceretur respectu traditionis bonorum; Attamen non erat talis respectu traditionis pretii in fuma adeo notabili sequente ad Civitatem Parmensem patris emporis ad Urbem, aliqua etiam eius parte sumpta ad interesse, quoniam ubi etiam haec additioni locus esse debet adhuc tamen ex illa iustitia, & aequitate, quas praeceteris, & supra privatos ecclesia profiteri tenetur, recedere debet emptori totum id, quod interest, tam ratione cambii, seu traditione pecuniae de loco ad locum, quam etiam ratione interusurionum, istaque damna, & interesse plus forte imponant, quam importaret ipsa maior oblatio, siue quod, ubi etiam non adesset excessus, attamen facta hac deductione, nihil, vel valde modicum supererat, ideoque deerat illa utilitas considerabilis, quae ad hunc effectum desideranda venit, etiam ubi haec additio admittenda sit; Et per consequens iusta, beneque fundata fuit resolutio favore primi emporis, cui novi oblatores acquieverunt.

ASTEN. ALIENATIONIS PRO CAPITULO CATHEDRALIS.

Responsum pro veritate.

An concessio domorum Canonicalium facta ad vitam Canonicis, vel Beneficiatis eiusdem Ecclesiae cum pretio, cadat sub Extravagan. Ambrosiae & importet prohibitam alienationem, necne.

SUMMARIUM.

- 1 Ad effectum praenatum requiritur dolus, & malitia.
2 Ignorantia juris dubii excusat.
3 Quando consuetudo, est reprobanda excusat.
4 De emptione domorum Canonicalium inter Canonicos.
5 An ista domus debeant ab ipsis Canonicis inhabitari, vel possint locari laicis.

DISC. LIV.

Cum prope Ecclesiam Cathedralis Asten. adfint octo domus canonicales nuncupatae, atque ab antiquo, ita etiam probantibus antiquis statutis conditis de anno 1589. consuetum fuerit eas per quamdam speciem haereditatis vitam concedere illi ex eisdem ecclesiae Canonicis, vel Beneficiatis, qui meliorem faceret oblationem pretii ponendi in massa grossa distributionum, cum facultate, ut talis emptor, vel optator per adum inter vivos in Capitulo, vel per ultimam voluntatem, dummodo per viginti dies superviveret, alium Canonice, vel Beneficiatum in eius iure subrogare possit, a quo tamen quoddam laudemium solvendum esset in eadem massa pariter ponendum.

Episcopus autem zelo pastoralis dubitavit, quod huiusmodi alienationes ad vitam caderent sub dispositione extravagan. Ambrosiae, ac propterea non solum iam facte retractari deberent, aliaque in futurum prohiberi, sed etiam quod Canonici, & Beneficiati censuras, & poenas in eadem Extravagan. contentas incurrissent; Huic dubitationi ansam praebent praesertim Decreto cuiusdam Visitationis Apostolicae de anno 1585. per quod praecipitur; ut istae domus per ipsos Canonicos, & Beneficiatos quod magis fieri poterit pro meliori Ecclesiae cultu habitari deberent, & reparatione mansionum inter eos, adout aliqui superfluous non occupent.

Hinc ex parte Capituli, Episcopo etiam oprante, atque gratum habente, meo pro veritate voto desuper expetito; In duas pro stylo inspectiones responsorum distinebatur; Primum nempe super incursum censuram, aliorumque poenarum; Et secundum super ipsius adus de reoritur vel de futuro permissione, vel prohibitione respectiva.

Quatenus pertinet ad primum; Nullam probabilem dubitandi rationem cadere dixi pro non incursum ex eisdem rationibus, & auctoritatibus de quibus disc. 51. quod scilicet cum lex utatur verbo praesumpserit, illudque propterea temeritate denotet, idcirco requiritur dolus, & malitia ex quibus resultat delictum positivum, sine quo non datur poena praesertim gravis qualis est illa censuratum, quae in spiritualibus ordinaria major dicenda venit, ideoque, ut advertitur supra disc. 1. num. 90. in praxi nimium raro iste incursum verificatur, quamvis frequentissimus sit usus comprehensio adus, ex eisdem legis dispositione ad effectum annullationis, quoniam aliud est nullitas actus, aliud est poena. Ut a simili habetur sub tit. de benef. in hoc Supplemento in Sancti Domini in materia retentionis plurium incompatibilium, ad terminos de multa de praebend. & disc. 154. & 157. & in aliis pluribus de fideicom. super eadem distinctione inter invaliditatem alienationis, & incursum caducitatis ex eadem causa cum similibus.

Duo autem in hac facili specie concurrunt motiva, excusantia, Primum nempe, antiquissima plurium saeculorum consuetudo; Et secundum nimia dubietas juris, an iste actus dicatur de sui natura illicitus, & comprehensus sub extravagan. necne, dum mihi probabilius videbatur, ut non esset comprehensus; Unde quando etiam saniori iudicio contrarium verius videretur, ut propterea in futurum prohibendum esset, negari non posse ad verbum exinde resultare, quod juris articulus nimium dubius, in quo juris professor aliquammodo in hac facultate verusatur se decipiat, ideoque magis se decipere poterunt Canonici, & respective beneficiati non possessores, ac propterea intrat propositio, de qua d. disc. 1.

disc. 1. num. 107. & disc. 40. num. 4. & saepius, ut ignorantia juris dubii acquiratur iusta ignorantiae facti, etiam ad effectus civiles lucri fructuum perceptorum, & similes; Multo magis, & abique dubio ad effectus criminales pro excusatione ab incursum poenarum.

Ponderando etiam circa primum motivum consuetudinis, quod si illa qualis, qualis illa sit, excusat ad positiva malitia, & affectatione, saltem ad poena ordinaria excusat etiam in illis, quae sunt indubitanter illicita, adeo ut ea non obstante in civilibus annullatione digna sint ex relatis per Farinac. q. 95. n. 1. Ambrosin. de immun. c. 15. n. 8. Multo magis in isto casu ob tres circumstantias; Primum nempe, quod nimium dubium est an actus ut licitus, necne ut supra, ideoque observantia potius venit interpretativa iuxta adeo frequenter insinuatam observantia operationem, de qua praesertim disc. 21. de iud. Secundum, quia est antiquissima plurimum saeculorum, dum primum statutum conditum de anno 1309. illam supponit, ideoque intrat altera propositio, de qua supra disc. 2. & in aliis frequenter super operatione centenariae, ut eius vigore allegari possit quicumque titulus de mundo melius non obstante interruptione, quam resultare supponebatur ex dicto decreto anni 1585. Et tertio, quia non est consuetudo, quae non considerate, siue a casu, aut a iudicio infecta sequi potuerit, dum habet fomentum duorum distorum statutorum, & sic legis scriptae, quae naturae, & causa cognita fieri solet; Accedente etiam praesumptione resultante ab adeo frequentibus, & reiteratis visitationibus, quae ad praecipuum Concilii Tridentini sigillis annis, vel saltem proximis temporibus per Episcopos pro tempore factae fuerunt, ex quo resultat propositio pluries insinuatam, quod in Ordinario non praesumitur ignorantia eorum, quae in propria diecesi contingunt, multo minus in ipsam Civitatem, & loco eius residentiae, atque in re materiali, quae omnibus patet, atque notorii speciem habet, dum huiusmodi concessionis publicae, & palam in Capitulo, in quo Episcopus, vel Vicarius generalis, aut alter eius Minister praesidere solet, per speciem haereditatis publicae fieri consueverunt, ideoque ista prima pars omnino plana videbatur.

Pariter in altero pro validitate adum de praeterito licita continuatione de futuro (quatenus quoad istam altera non suppetet et ratio praescedendo ab extravagan. Ambrosiae, ut infra) Quoniam cum istae domus essent in minori numero, quam sint canonicatus, dum illae supponuntur octo, Canonice autem decem & octo, exinde resultat id, quod habetur disc. 15. & 76. de pensio. quod scilicet huiusmodi domus dicenda non veniunt annexae Canonice, sed per aliquos ex Canonicis, & Beneficiatis accidentialiter obtinentur ratione antianitatis, vel majoris emerentiae, aut ex alio motivo, quod consueverunt, aut statutum Ecclesiae statuat ex ibi deductis.

Si ergo consueverunt, vel statutum inducere potest huiusmodi optiones, & affectationes ad vitam, ad solam utilitatem optantium, absque aliqua recompensa tendente ad commodum, & utilitatem aliorum, adeo ut exinde resultet occasio emulationis, & individuae, atque id, quod dicit Apostolus, quod unus quidem esurit, alter autem ebrius est, multo magis ista consuetudo ad statutus quoque comprobata, ut ita optionis emolumentum poneretur in massa, atque ad omnium commodum cederet.

Ponderando quoque in idem conclusionem, de qua supra d. disc. 1. n. 142. ac etiam in Cracoviano. disc. 54. & disc. 26. de Parochis, quod scilicet conventiones inter eisdem Ecclesiae Clericos, & ministros super modo participationis emolumentorum sub extravagan. dispositione non cadant, quoties non agatur de formalis, & perpetua abdicatione ab alio corpore cum translatione in alterum cum sit turnaria, vel aliis accidentalibus distributio temporanea, vel vitalitia per speciem optionis inter eisdem Ecclesiae, vel eiusdem corporis clericos, & membra, cum tunc nulla formalis alienatio adesse dicatur, & nihilominus sufficit esse dubium, ut supra.

Neque his adversari dicebam dictum decretum Visitationis; Cum quia de eius potestate nimium dubitandum esse advertebam tollendi id, quod iam legitime ita introductum erat, subsequente inefficacitate id comprobante cum statu positivo ad breve tempus annorum quatuor postmodum condito, clarius continere restrictionem nominationis, vel cessionis intra genus ipsorum Canonice, & Beneficiatorum; Cum etiam, quia decernit, ut ipsi Canonici, & Beneficiati, quo magis fieri poterit ipsas domos inhabitare deberent pro meliori Ecclesiae cultu, & ad distributio do-

morum, & mansionum esse deberet temporalis, vel ad vitam, siue gratuita, vel onerosa, & correspondiva, id non exprimitur, & per consequens casus remanet omnisus.

Consideratione itaque dignam dixi rationem in eodem decreto Visitationis assignatam, ut domus ab ipsis Canonicis, & Beneficiatis inhabitari deberet ad magis promptum, & commodum Ecclesiae servitium, ac etiam ob indecentiam forte resultantem ab habitatione laicorum, iuxta ea, quae in specie huiusmodi domorum, Canonicalium inhabitatarum per saeculares & quandoque per inhonestas mulieres habentur disc. 12. in Miscell. Ecclesias. Sed hoc respicere dicebam punctum diversum ab illo controversis, super quo eram consultus, quod scilicet Episcopus deberet in visitatione desuper providere, quatenus tamen consuetudo contrarium non suaderet, ut patet ex casu, de quo d. disc. 12. Ac etiam docet praxis in Basilicis Patriarchalibus aliisque Ecclesiis Urbis, penecque generalis in aliis Italiae, quod scilicet indecorum censetur, quod Dignitates, & Canonici inhabitent huiusmodi domos constructas iuxta antiquam maiorem humilitatem, siue minorem luxum, & quando clerici etiam saeculares religiosorum more quodammodo vivebant.

CRACOVIE. DISMEMBRATIONIS PRO CASIMIRO DENOFF. ABBATE GUM MONASTERIO CLARAE TUMB.Æ.

Casus disputatus coram A. C. resolutus pro Abbate.

An in transactione inita inter eisdem Ecclesiae, vel Monasterii Abbatem, & Monachos, requiratur beneplacitum Apostolicum; Et quatenus requiratur, quando dicatur bene obtentum; Et de iustificatione causae.

SUMMARIUM.

- 1 Ad effectum...
2 Transactio, quando non egat beneplacito Apostolico.
3 De transactione inter Clericos eiusdem Ecclesiae.
4 Distinguuntur puncti.
5 Beneplacitum non supplet causam, & quid in hoc attendatur.
6 In Conclusionibus certis non est adegandum.
7 Declaratur conclusio, de qua n. 2.
8 De eadem Conclusionem, de qua n. 3.
9 Quando Mensura dicatur distincta, ut inter unam, & alteram eiusdem Ecclesiae requiratur beneplacitum.
10 Quod in hac materia principali attendatur causa, & de eodem, de quo n. 5.
11 Quando oportet facere mentionem litis.
12 De facultate promittendi ante beneplacitum, non autem postea.
13 De tempore obtentis beneplaciti debet adesse consensus contrahentium.
14 An beneplacitum obtineri possit post mortem unius.
15 Quando dicatur adesse litis, cuius mentio fieri debeat.
16 An revocatio debeat notificari alteri parti.
17 Narrativa contenta in litteris Apostolicis, an prober venditionem.
18 Cui incumbat onus revocationis Ecclesiae, & quomodo.

DISC. LIV.

Obtenta per Casimirum Coadjutorem in hac Abbazia, seu Commenda, in cuius litteris iuxta stylium, atque ad praecipuum Constitutions Leonis Decimi iungitur onus erogandi quartam partem fructuum in panperum alimonia, & in Ecclesiae Abbatialis restauracione, & Sacra supplicetili, aliisque piis operibus; Cum defuncto coadjuto, Prior & Monachi se opponerent possessionis adeptioni, sub variis praetextibus, hinc eventum est ad concordiam, per quam, cum expressione causae restauracionis Ecclesiae, & provisionis Sacrificii dismembratae fuerunt a mensa Abbatiali duae villae, & quaedam alia bona, eaque ad dictum effectum assignata mensa Monasteriali, sed illico Abbas contradixit appellando ad sententiam super dictae concordiae confirmatione latae per Archiepiscopum Cracoviae, per quem ad inchoatum effectum supponebat, obtentaque solita ciratione cum inhibitione ab Auditore Camerae, eaque exequata, & reproducta, cum appellans, non comparente appellato, servatis solitis terminis, per contradictas infaret pro sententia annullativa, Iudex autem ob non bene iustificatam legitimam dictae ciratione...

tationis executionem haberet difficultatem, ac propterea oportuit ob loci distantiam pro dicta justificatione aliquos pati moras; Hoc medio tempore ex parte Monasterii obtentum fuit beneplacitum Apostolicum in forma confirmationis concordie, eoque obtento, comparuit in causa Monasterium coram Iudice, non quidem tamquam reus vocatus, sed potius tamquam actor petendo literarum Apostolicarum executionem; Ac propterea assumpta fuit formalis disputatio in contradictorio super dictae concordiae validitate, vel invaliditate prodit resolutio.

Scribentes pro Monasterio dicebant in primis dictum beneplacitum ad exuberantiam obtentum fuisse utpotè non necessarium, quoniam cum Ecclesia esset bonorum Domini aique pro restauratione, & ornatu, & cultu controversia bona dimissa fuissent, ita nulla dicebatur abesse prohibita alienatio, dum Ecclesia potius acquirebat in id allegando deducta apud Roas *dec. 362.* & per adden. ad *Burat. decis. 190.* & per me ipsum in iam edito *disc. 1. num. 42. & disc. 17. n. 5.* Exinde inferendo ad alteram conclusionem de qua supra *ead. disc. 1. n. 142.* & *d. disc. 17. n. 4. & alibi*, quod in concordia initis inter eisdem Ecclesiam Clericos, & Ministros non requiratur beneplacitum Apostolicum, seu sufficiat auctoritas Ordinarii ad terminis textus in *cap. fin. de pact. in 6.*

Et per consequens quod opus non esset disputare de dicti beneplaciti subreptione, per Scribentes ex parte Abbatis opposita, ob non factam mentionem litis ut supra introducit, & pendentes; Et nihilominus, quod ubi etiam fuisset necessarium, adhuc supreptione non aderat, quia nulla aderat lis legitima ex defectu invalidae executionis citationis, ac etiam, quia beneplacitum obtentum fuerat sub nomine utriusque.

In hoc autem statu, post plures disputaciones ex parte Abbatis alius defensoribus adiunctis, distinguebam causam in tres punctos; Unum scilicet necessitatis beneplaciti Apostolici; Alterum (posita necessitate) validitatis, ut propterea excluderetur penitentia; Et tertium (posito etiam quod dictum beneplacitum esset legitime obtentum) super ejus inefficacia, nullaque operatione ob defectum causae, quam receptum est copulativè cum solemnitate requiri, adeo ut unus sine altero non sufficiat, cum beneplacitum non suppleat causam, quae principaliter in hac materia spectanda venit, adeo ut ex concurrente, illud potius materialiter attendatur, non curatis illis subreptionis, vel obreptionis defectibus, qui in aliis gratis, & literis Apostolicis attendi solent ut supra *d. disc. 1. n. 54.* & alibi pluries.

6 Et de converso non refert illud bene expeditum esse, si non sit bene justificatum, & exequutum ut pariter *ead. disc. 1. n. 59. & seqq.* & alibi pluries, cum ista sint principia hodie absoluta, & de plano recepta, ideoque praesupponenda, adeo ut manifestum superfluitatis vitium sit desuper auctoritates cumulare, vel desiderare.

Quatenus ergo pertinet ad primum punctum, in quo revera difficultatis cardo residebat; Cum Scribentes in contrarium ut supra duas inter se diversas conclusiones confunderent; Unam nempe, quod necessarium non esset beneplacitum in illa transactione, per quam bona vel jura alienari prohibita Ecclesiae dimittebantur, sive penes eam remanebant; Et alteram super concordia inter Clericos, & ministros eisdem Ecclesiae ad terminis dicti textus in *cap. fin. de pact. in 6.* Hinc advertebam ad hanc distinctionem principaliter esse reflectendum.

Siquidem prima conclusio de jure quidem in suo casu est vera, sed extranea remanebat a casu quaestioni, cum percutiat casum, in quo, viengente lite super bonis, vel juribus alienari prohibitis, inter Ecclesiam, & privatam non prohibentur, atque habentia libera per quam bona, vel jura controversa, sequatur concordia per quam bona, vel jura controversa integre dimittantur vel dimittat colligantur res non prohibitas, puta pecuniam libera dispositionis, vel remittat fructus decurios, cum similibus, adeo ut nil de prohibitis alienare, sed potius acquirere, sive ejus antiquum jus melius confirmare, seque asscurare dicatur; Et in his terminis dicta conclusio rectè procedit; Secus autem ubi id sequeretur cum altera Ecclesia, vel corpore Ecclesiastico prohibito, & comprehenso sub dispositione extravaganti juxta recentia *eadem disc. 1.* in hoc proposito comprehensiois.

Ubi etenim agatur cum altera Ecclesia, licet nulla adesse datur prohibita alienatio ex parte illius Ecclesiae, penes quam integra remanent bona, vel jura controversa,

adesse tamen dicitur ex parte alterius Ecclesiae, quae dimittit; Ac propterea cum dicta conclusio extranea esset a casu, retringebatur causa ad alteram conclusionem, quod scilicet, non ageretur de contractu inter duas Ecclesias diversas, sed inter eisdem Clericos, & Ministros, nempe Abbatem, & Monachos, unum & idem corpus monasteriale efformantes, cujus Abbas dicitur caput, reliqui autem Monachi partes, & membra.

In hoc itaque puncto transactionis inter Clericos eisdem Ecclesiae de qua agitur *disc. 30. de Canonis. & disc. 26. de Paroch.* Advertebam quod decimo pendet a distinctione loci citatis insinuata, an scilicet nulla adesse mensura, seu corporum formalium distinctio, quia nempe una, & eadem sit mensa communis omnibus Clericis, inter quos oriuntur controversiae super modo gaudendi emolumentis & fructibus, eoque inter se distribuendi; Et tunc rectè intrat dicta conclusio, quoniam nullatenus tangitur substantia vel proprietates bonorum vel jurium, neque verificatur eorum abdicatio ab uno corpore, & translatio in alterum, adeo ut non locupletari, & alterum depauperari dicatur, sed solum id coernat interesse singulorum in fructibus vel in participatione majori, vel respectivè minori; Pura quod seniores Canonici, vel Clerici ratione magis diuturni servitii, & meriti, sive ratione alicujus qualitatatis, vel prerogative habere prestant majorem participationem juxta illas inaequales tractaciones, quas frequens, & quotidiana praxis docet inter Canonicos, & Beneficiarios eisdem Capituli, seu Collegii, sive inter Religiosos eisdem Monasterii, & Conventus, puta inter graduatos, & non graduatos, cum similibus.

Secus autem ubi addit dicta formalis distinctio corpori, & vel mensuram, quamvis omnes diversa corpora, ita constituentes aequè sint partes, & membra eisdem Ecclesiae, quae habitualiter sit Domina omnium bonorum ad utrumque corpus pertinentium; ut contingit (ex gr.) in mensa Episcopali coaradistincta a mensa Capitulari, sive in mensa Canonicorum, & in altera beneficiariorum, cum similibus, quoniam licet dominium directum, & intellectuale totum aequè sit penes Ecclesiam, nihilominus alterum subalternum, & utile esse dicitur penes illas personas formales inter se distinctas, adeo ut rectè verificetur bonorum, vel jurium abdicatio in substantia ab uno, eorumque perpetua translatio alterum, ut firmatur praeterim *disc. 361. part. 5. recent. n. 9.* apud Ubald. *decis. 290.* & apud Duran. *decis. 419. n. 6.* apud Merlin. *decis. 776. n. 14.* & in terminis concordiae super juribus praeminentalibus initis inter duas eisdem Ecclesiae, eisdemque Capituli Dignitates declaravit Sac. Congr. Rituum in casu de quo *d. disc. 30. de judic.*

In his itaque posterioribus terminis verisabamur, quod scilicet ageretur de mentis, Abbatis, & Monasterii inter se omnino distinctis, duoque diversa corpora constituentibus, eodem modo quo Episcopos, & Capitulum; cum eadem intraret proportio; Et per consequens, etiam cum sensu veritatis, qualem quoque Juxta habebat, dicebam necessarium esse utrumque solemnitate, & causae requisitum; Tunc etenim in hujusmodi Monasteriis habentibus Abbatem, ac Priorem, & Monachos inter se dissidentes, evitari possent prima pars dictae distinctionis, quando nulla mensuram formalis, & juridica distinctio existente, adeo ut omnes redditus, & fructus constituerent unum corpus, unamque mensam, adesse solum distinctio mensuram materialium de facto, puta quia Abbas, & alii ejus Ministri considerent in Camera, vel in alio loco, reliqui autem Monachi in Refectorio cum diversis coquinis, vel diversis tractamentis; Idemque respectivè quoad vestimenta, & similia, cum tunc non verificetur distinctio formalis mensuram constituentium duo corpora inter se diversa.

Posita itaque necessitate beneplaciti, ac etiam causae, quia casus esset comprehensus sub *Extravag. Ambrosiae*; Quatenus pertinet ad secundum punctum dicti beneplaciti, Advertebam inanem videri laborem per Scribentes; hinc inde adhibitum super subreptione deducta ex non facta mentione litis, & an ista adesse, necne, adeo ut opus fuisset de illa facere mentionem, quoniam ut promissum est, in hac materia talis solemnitas necessaria est pro quadam obedientia, quia sic dicta lex praecipit, essentialia autem requisitum est causa qua concurrente parum curantur hujusmodi defectus, qui in eam non influant, quoties ex facti circumstantiis non constet, quod concedentis voluntatem alius abesse faciant, & de converso illa non concurrente, nil refert, quod in reliquis de nullo valeat redargui defectu.

Litem autem in hoc proposito consideranda esse dicebam non

non pro dicto defectu subreptionis, & pro illa necessitate, quae de jure inest in aliis gratis ejus mentione facere ex infinitatis *sub tit. de feud. disc. 66. & in tit. de benef. saepius*, & alibi, sed ad effectum probandi penitentiam Abbatis, ac cessationem perseverantis voluntatis de tempore quo illud concessum fuit; Siquidem sicuti vera, & recepta est conclusio de qua supra *ead. disc. 1. num. 113.* ut post impetratum beneplacitum, quamvis adhuc non exequutum, immò etiam ante expeditionem litterarum, admodum, gratia sit petita, non liceat amplius penitere; Ita è converso ante concessionem, certa est facultas penitendi.

Hinc sequitur ut de tempore concessionis necessaria sit praesentia voluntatis utriusque contrahentis, ex ea probabili ratione, quod tunc, & in illo instanti animari, atque perfici dicitur contractus; Ideoque tunc adesse debet saltem implicita, & à lege praesumpta consensuum conjunctio, sine qua contractus non datur; Ut in proposito assensus obtenti post mortem unius, absque explicito, vel implicito consensu haeredit ad vertitur *disc. 109. de Feudis*.

14 Et quamvis in his terminis beneplaciti Apostolici super alienatione bonorum Ecclesiae habeamus, ut etiam post mortem unius ex contrahentibus impetrari valeat ex relatè eodem saepius citato *disc. 1. n. 58.* & alibi; Attamen id proventu esse quadam ratione, quae cum praemissis compatibilis est; Siquidem, aut est post mortem alterius privati non prohibiti, & tunc de his non curatur, cum contractus ex sui parte sit necessarius, & obligatorius ab initio, neque Ecclesia volente, detur facultas penitendi, ideoque dicitur actus necessarius, quo casu non curatur illa cessatio consensus, quae per mortem sequatur, ut etiam advertitur *d. disc. 109. de Feudis*; Aut sequitur mors Praelati, vel administratoris Ecclesiae, & non per hoc dicitur sequi consensus, quoniam contrahens revera nò est Praelatus, vel Administrator Ecclesiae, quae non moritur, & cujus vice etiam idem Praelatus, vel administrator impugnavit factum proprium hanc penitendi facultatem exerceat, undè in dubio praesumptum continuatio non consistit de penitentia, seu mutatione.

15 Hinc advertebam opus non esse afferere punctum, super quo inter Scribentes hinc inde nimum certatum fuerat, an scilicet citatio esset legitime exequuta, & an necessaria sit reproductio, sive alia concurrerent necessaria ad inducendam veram litem juxta deducta *disc. 7. de judic. ac etiam frequenter sub tit. de benef. in materia beneficii litigiosi, vel regulae de triennali, quoniam id rectè procedit respectu illius vitii, vel alterius effectus, qui refertur à lite, ejusque omnia mentione; Secus autem ad hunc effectum probandi penitentiam, ac mutationem voluntatis, dum ad hunc effectum, quinimò etiam ad plures alios resultare dicitur lis per solam porrectionem libello, vel impetrationem monitorii, vel alium similem actum etiam ante alterius Partis citationem juxta distinctionem de qua eodè *disc. 17. de judic. n. 7. & alibi*.*

16 Insuper attendentes in contrarium pro actu subsistenti, quod penitentia seu mutatio voluntatis debuisset incitari alteri contrahenti, quodque aliàs bene obtentum esset beneplacitum, in id deducendo Gratian. *disc. 18. n. 37. & disc. 19. n. 21. & seqq.* & Rota *decis. 298. n. 7. & seqq. par. 13. recent.* Atque magis ad rem potuissent deducere ea quae habentur dicto *disc. 66. de feud.* super quaestione inter Regnicolas disputata, an revocatio, quae in feudabilis ibi conceditur, & praestatur, debeat esse expressa, & alteri intimata, necne.

Verùm respondebam id nullius esse momenti, quoniam Gratian. *disc. 18.* loquitur de validitate actorum judicialium gestorum cum Procuratore; Et eisdem praefati Regnicolas dicant in illis terminis juxta eorum tylos particulares super interpretatione illius legis particularis, quae incipit Constitutionem Div. mem. ex qua totum id derivat; Vel quidquid in terminis juris communis sit in aliis materiis indifferendis, in quibus aliqua sufficiens solemnitas, vel aliquid implementum requiritur juxta ea quae occasione inscriptionis requisita in donationibus habentur *disc. 28. de donat.* & super quibus casu prodit dicta *decis. 298. par. 13. recent.* quae in contrarium allegabatur; In istis tamen vel similibus terminis contractum, aliarumque conventionum super rebus, quae in contrahentium privato commercio nullatenus sunt, nisi alter actus perficiens sequatur, verius est, ut requiratur perseverantia consensuum de tempore quod sequatur id quod animata, ac valida, & perficit actum, parum curando, an deficientia consensus unius alteri contrahenti innotescat, necne; Ut (ex gr.) habemus in mandato dato ad contrahendum matrimonium, quoniam si illud revocetur re integra, & priusquam actus perficiatur in facta *Card. de Luca Lib. VII.*

ciem Ecclesiae cum forma praescripta per Sac. Concilium Tridentinum, matrimonium remanet invalidum eo quia requirebatur praesentia consensus in illo actu ex relatis in sua sede *sub tit. de matr. &* habetur apud eundem Gratian. *disc. 18.*

Ac etiam habemus in beneficiis, quod mandatum datum ad resignandum est revocabile re integra, quamvis revocatio notificata non sit mandatario, vel resignatario, aut Officialibus Datarie, cum omisso hujus denunciationis producat solum obligationem refectionis expensarum expeditionis, & alterius interesse prophani ex deductis *disc. 38. de benef.* quidquid dicat Grat. *disc. 191.* ac etiam *disc. n. 9. de pensioib.* In proposito mandati dati ad contentiendum reservationi pensionis, cum similibus, quibus eadem ratio congruat, ex nimium probabili ratione superius insinuata, quod scilicet cum in hujusmodi prohibitis actus tanquam ex integro ex tunc perfici dicatur, quando super venit beneplacitum superioris, vel alius actus perficiens, sequitur quod eo tempore verificari debet conjunctio consensus.

Deducatur item ista consensuum conjunctio ex narrativa litterarum Apostolicarum, & precum utriusque Partis porrectionum, ac propterea cum consuetudo usufructu allegationum cumulo nimium exornabatur pluries alibi insinuata proposito in suis casibus vera, quod narrativa Papae veritatem probat, eique deferendum est; Sed istud revera erat contemptibile fundamentum, cum dicta propositio rectè procedat, quando Papa loquatur de facto proprio, sive de his quae ab ejus animo pendent; Secus autem in hujusmodi gratis ad narrativam, & supplicationem Partium, & quae non nisi ad utriusque supplicationem, sive cum praesupposito perseverantiae voluntatis utriusque conceduntur, cum tunc ista dicitur narrata facta per Expeditores juxta eorum formulam; atque ad summum apta est in factis praeterim antiquis, vel quod alias contrarium justificari non possit, ad inducendam praesumptionem, ut ex parte utriusque beneplacitum impetratum fuerit; Secus autem ab ista praesumptio tollitur per expressam probationem contrariam, juxta casum, de quo apud Bich. *decis. 660. in ea causa de qua disc. 15. de fideicom.* cum similibus.

Demum quod tertium punctum causae; Illius defectus videbatur evidens, adeo ut solus sufficeret quamvis corruerent omnia, quae super defectu beneplaciti superius deducta sunt, quoniam falsa deducebatur causa obligationis Abbatis reficiens vel onandi Ecclesiam, cum contrarium in Abbatis Ordinis Cisterciensis de quo ista erat, statuatur per Constitutionem 18. Gregorii XIII. ut ad mensam monasterialem potius quam ad illam Abbatis, vel commendatarii, istud onus pertineat; Nil obstante quod in litteris particularibus provisionis injungatur onus erogandi quartam partem fructuum, quoniam id restrictum non est ad istud opus tanquam necessarium, & taxativum, sed stat demonstrative tanquam una species piorum operum, in qua ex commendatarii libito, & electione ista erogatio fieri debet.

Ac propterea, ubi etiam tale onus Abbati vel Commendatario incumberet, adhuc dicebam evidentem esse defectum causae, non obstante quod ex parte Monasterii darentur justificationes, occasione visitationis factae per Archiepiscopum super magna refectionis indigentia; Tum quia iste actus refectionis semel in tempora efficitur, eaque sequitur per longa spatia cessat necessitas impensa valde notabilis, cum solum aliqua modica in reparatione rectorum, similibus continuari soleat.

Tum etiam quia istud dicitur onus personale Praelati, vel Rectoris pro tempore, quod adimplendum est ex fructibus, non autem ex proprietate, quam ex ista causa perpetuo distrahere liceat, ut de hoc onere *disc. 29. Miscellan. Eccles.* & alibi; Quoties non sit magna impensa, quae requirit proprietatem, & perpetuum utilitatem, eaque congruè non sit explicabilis cum fructibus juxta distinctionem, quam in hac materia habemus in usufructuario successore fideicommissi vel feudi, cum similibus, & generaliter deducitur in materia refectionis melioramentorum *sub tit. de legitim. & detrad. disc. 35.* ac etiam *disc. 27. & alibi*; Et per consequens posita etiam ista obligatio non per hoc potest fieri haec perpetua dismembratio proprietatis duarum Tillarum, aliorumque bonorum considerabilium, & sic aderat uterque defectus tamen in solemnitate, quam in causa, cum tamen unus sufficeret.

ROMANA HÆREDITATIS PRO HIERONYMO HERMINIO CUM LUDOVICO PORTA.

Casus disputatus coram Archiepiscopo S. Marie Majoris, vel ejus Judicibus, & resolutus ut infra.

Cujus loci leges, vel statuta attendi debeant in contractu gesto per eum, qui sit natus in uno loco, in altero contrahat; Et quando incolatus, vel domicilium contractum dicatur.

SUMMARIUM.

- Falsi series. De farsense contrahente extra patriam, quale Statutum. De acquisitione civilitatis domiciliarie. An ista acquisitione requiratur solemnitas Statutariae. De validitate contractuum minoris rationis juramenti. Nativitas vel respectus moræ occasionalis in loco non inducit domicilium, neque facit cessare civilitatem originariam. An nati casualiter in uno loco dicantur illis Civēs. De concursu plurium civilitatum in una persona diversis respectibus. In ista concursu plurium civilitatum, qualis præponderet. Declaratio conclusio de que n. 4. De circumstantiis casus particularis, & quomodo in hac materia procedi debeat.

DISC. LV.

1 Mors est aliquarum industriarum nationum vel populorum Italiae istam, aliaque Provincias nostri Christiani communicabilis orbis peragrando, occasione mercaturæ vel artium, quas exerceant, & præsertim Lombardorum Diocesis Comen. aliarumque adjacentium vacantium in Urbe, aliique locis Status Ecclesiastici arti Fabri Mirarari, ad eum ite artifices sub Lombardorum vocabulo excitari soleant; Cumque id agerent Ludovicus, & N. fratres de Porta, atque Prior in Urbe moram traheret, alter autem in Civitate Assisi, ubi filium procreavit nomine Ludovicum, illum infantem, ejus Patre fortè defuncto, Ludovicus patruus propriam non habens prolem ad se evocavit in Urbem, eumque propriæ domi tanquam filium educavit, decedens verò in eadem Urbe Lucie uxore instituta in usufructu, eundem in proprietate instituit hæredem, sed iste ad favorem præfate Lucie ex titulo repudiationis, & quatenus opus esset etiam donationis cuiusmodi juri ad dictam hæreditatem competenti esset; Eo verò defuncto Ludovicus filius ad domum aliaque bona hæreditaria dicti Ludovici senioris reintegrationis iudicium instruit, atque coram iudice primæ instantiæ obtinuit contra Hieronymum dictæ Lucie hæredem, vel cessionarium, introducitur qua causa coram Prælo Judge deputato in secunda instantia per Archiepiscopum S. Marie Majoris, cujus Hieronymus ratione beneficii, erat subditus.

Actoris fundamentum consistebat in dictæ repudiationis vel donationis nullitate ob non servatas solemnitates præscriptas à Siatu Civitatis Assisi, vel à constitutione Aegidiana in contractibus minorum, qualis ille supponebatur, quamvis constitutus esset in ætate 23. annorum, eo quia nullo in dicta Civitate extante statuto abbreviante minorem ætatem, ista ad limites juris communis protrahitur ad annum 25. E converso autem ex parte Rei conventi, prætendebatur quod non minor, sed major censendus esset ex statuto Urbis, ubi initus fuit contractus, stante statuto præscribente majorem ætatem in anno vigesimo; Et per consequens causæ decisio pendebat à puncto, cujus nam loci civis præfatus Bartholomæus censendus esset.

2 Postitus etenim, quod censeri deberet civis Assisensis, nil referrebat quod contractus initus esset in Urbe, quoniam respiciuntur habitatem personæ non autem solemnitatem actus, attendi debeat locus personæ, non autem actus, juxta plenè firmata in specie minoris Perusini contrahentis in Urbe ubi esset major apud Bich. decis. 200. & 229. & pluries, & in præcedentibus advertitur, ac etiam disc. 143. de dotē, & alibi; Si verò dicendus esset, Urbis incola, tunc casus remanebat extra questionem.

Com autem ex hac parte multa deducētur ad probandum Urbis domicilium; Primo nempe longeva habitatio per annos viginti, & ultra, usque ad obitum; Secundò quod ibi uxorem nuxerit, & filios procreaverit; Tertio quod aliquis fecerit acquisitiones; Et quartò quod in isto contractu adhibuerit solemnitates statutorum 140. & 150. Urbis, ac propterea ita se agnovit civem Romanum statuti subiectum & ex quibus simul junctis, certum videbatur, non constituto de animo contrario domicilii probationem resultare, ex his quæ in hac materia civilitatis domiciliarie habentur relata disc. 37. de præminent. & disc. 31. de Canonici, & Capitulo & alibi.

3 Respondebatur ex parte actoris, quod hæc electio domicilii per minorem fieri non poterat sine solemnitatibus statutariis, ex firmatis per Andream. contr. 239. n. 36. & per Rot. in Cæsenaten. prædii 21. Februarii 1630. coram Ghislerio, & quibus auctoritatibus tanquam specialibus motus fuit iudex primæ instantiæ.

4 Scribens itaque pro Reo convento, dicebam etiam cum aliquo sensu veritatis præfatum Ludovicum censendum esse, vel Civem Commensem, vel Civem Romanum, ideòque una, vel altera civilitate posita, contractum remanere validum; Primo siquidem modo (ultra quod in statu Mediolanensi de quo est dicta Civitate cum suo comitato, minor ætas, vel totum, vel per notabilia partes restricta est ad annum decimum octavum eo modo quo in Hetruria, & in utriusque Siciliæ Regnis) difficultas cessabat ex juramento ad terminos text. in Auth. Sacrament. pub. C. si adveo Vend. Et per vestras de don. inter vir. & uxor. cum notoriis; Et altero modo cessabat difficultas ex eo quod per Urbis statutum minor ætas abbreviata est ad annum vigesimum, dum contrahens constitutus erat in anno vigesimo tertio.

5 Circa primum assumptum, ut Commenensis censendus esset, deducebam conclusionem de qua discurs. 104. de Regal. discurs. 37. de præminent. discurs. 81. de Canon. & alibi, quod scilicet natiuitas occasionalis extra patriam originariam, puta quia pater occasione feudis, vel officii, seu mercaturæ vel professionis aut artis alibi moram trahat, non tollat naturalem originariam civitatem, adeò ut ita casualiter alibi nati habeantur, ac si verè, & proprie in patria nati fuerint.

6 Ad etiam in idem, pro exelusione civilitatis Assisii, deducebam alteram conclusionem, de qua eisdem locis mox citatis, & alibi, ut moram quantumvis diuturna in loco ex dicta occasione non inducat verum domicilium, adeò ut illum reddat civem, nisi de animo contet.

7 Et quamvis in illis eorum qui ita occasionaliter extra patriam in eo loco nascuntur, dicendum veniat, ut naturalis civilitatem acquirant, cum in magnis præsertim, & metropolitici Civitatis penè major pars civium naturalium istam habeat qualitatē quod sic electi suscepi sint ab iis qui occasione munerum publicorum, vel professionis, aut mercaturæ vel artis illam civitatem colerent; Ut præsertim in Urbe docet praxis.

8 Attamen intrat alia conclusio de qua dict. disc. 37. de præminent. & discurs. 83. & 128. de Regal. & alibi, ut scilicet prohibitus nō sit cumulus plurium civilitatum in eadem persona compatibiliter pro diversitate illorū respectuum, in quibus non rigeat repugnantia, sive incompatibilitas, & sic ut una sit civitas vera originaria juxta primam conclusionem de qua supra; Altera civitas etiam originaria seu naturalis magis impropria ratione accidentaliter vel occasionalis natiuitatis, ut in eadem prima conclusione; Tertia domiciliaria; Et quarta magis sicta & privilegiativa seu honorifica ut ex. gr. est illa que cœdendi solet per Principem ex privilegio in hoc principatu Status Ecclesiastici fortè magis quam alibi prædicari solita per Pontifices est eorū familiaribus vel cum Cœclavistis, & aliis juxta casu de quo disc. 38. de præminent. Vel per electionem, aut aggregationem in civem factam per nobiles juxta ea quæ in Italia frequenter prædicari videmus in Republica Veneta, quæ aliquos quavis ibi non commemorantes ad illam notabilitatem aggregare solet; Et etiam in sedilibus Neapolis, cum similibus.

9 Quamvis etenim hujusmodi diversarum specierum effectum non sint uniformes, cum majoris efficaciam, & operationis magis una quam altera civitas esse solet ex innuatis in supra allegatis discurs. 36. & 38. & in aliis sub tit. de præmin. ubi est fedes materiæ hujus civilitatis, ac etiam incidenter disc. 43. & 104. de feud. & disc. 149. de dotē, occasione agendi de capacitate acquirendi, & retinendi bona in loco ac etiam disc. 14. de matrim. & alibi pluries, attamen id percucit accidentia aliquarum majorū vel minorū prerogativa-

tivarum, non autem substantiam ipsius civilitatis in genere, dictumque possibile, & computabilem concurrem plurium civilitatum diversarum specierum.

10 His itaq; constitutis, quodque in isto contrahente res ita cumularunt civilitates; Una nempe Comensis tanquam patria originaria; Altera Assisensis tanquam patria natiuitatis; Et tertia Romana tanquam domiciliaria inter istas tres species vel primam vel tertiam potius attendi debere dicebam magis verò ultimam, quam primam; Tum quia iste erat locus contractus, atque contrahens iuste illum civem Romanum credidit ex dictis facti circumstantiis; tum etiam quia in dubio capienda est illa pars vel interpretatio, quæ afflatur validitati actus majoremque habeat assententiam, vel proximitatem juris communis, ac etiam quia dicta intermedia civitas ex ejusdem facti circumstantiis videbatur omnium levior, magisq; incerta, cum regulariter stante natiuitate occasionali illa de stricto jure non addit, sed magis prima; Atque eatenus admittitur quod hoc beneficium naturæ tanquam casuale in privilegiativis, ut præsertim in Civitate Neapolis disputari solet in illis qui accidentaliter in ea nascuntur pro admisione ad Collegium Doctorum, & franchisiis, aliisque privilegiis, quæ illis civibus concursa sunt ex deductis apud Giurb. obser. 75. Capic. Latro. consil. 87. & alior., cum similibus, quatenus accedat declaratio animi, & voluntate illius, qui ita casualiter sit in loco natus, dum praxis frequenter docet quod ita nati in obitricis locis, sive quod aliis illa naturalitas possit esse præjudicialis, illam acriter negant, ut Romanæ Curie praxis præsertim docet; Et per consequens (applicando ad rem) cum iste contrahens ad Urbem tractus fuerit in etate infantili, quando animus eligendi illam civilitatem habere non poterat neque factus adultus ad illam unquam redierit vel illi fecerit actus hujusmodi animus denotantes, Ita nullatenus videbatur quod ad effectum odibilem, & exorbitantem annullationis actus ista civilitas omnium inferior aliis præponderare deberet.

11 Et quoniam juxta sæpius præfata, semper in causis decidendis error est cum generalitatibus procedere, illaque omni casu indifferenter applicare, Hinc tam ad præmissorum comprobationem, quam etiam pro declaratione propositionis de qua supra. verè respondebatur. Ut ut electio domicilii in personis contrahere vel alias sibi præjudicare prohibitis, habere debeat solemnitates statutarias, advertebam reflecti debere ad casus vel præsupposita, cum quibus auctoritates desuper deductæ loquantur ac etiam ad circumstantias præsentis controversiæ, faciendū debeat combinationem pro congrua applicatione.

12 Siquidem Andream. disc. 239. n. 6. videtur auctoritate Bartol. in l. n. 7. ff. de Tutor. & Curator. & Salicet. in l. x. C. ubi petantur Tutores, qui & alii cum eo concordantes loquuntur de pupillo qui sit certus civis unius loci atque eligat civitatem domiciliariam alterius loci, ex qua præjudicium ei resulset, quoniam in pupillo non est verificabilis consensus, qui ad id est necessarius; Idemque est casus dictæ decisionis Rotæ in Cæsenaten. prædii coram Ghislerio, quod scilicet agebatur de muliere demente, ac propterea id remanet à casu extraneum.

13 Præterea tunc id recipiendum venit etiam in adulto capaci consensus, sed minore, vel aliàs contrahere prohibito, quando hæc electio diversi domicilii haberet fraudis, ac assententiam suspicionem, quia nempe id ferret ad fraudandum statum propriæ patriæ; ut propriè agit Andream. & de quo supra discurs. 29. & disc. 35. de donat. quoniam cum eadem facultate cum qua prohibitus tanquam suspectus de imperfecto iudicio inducitur ad contrahendum, inducitur quoque ad hæc electionem faciendam, potissimè ubi facti circumstantiæ id redolent, quia nempe juxta causam de quo allegatis dec. 200. & 229. Bich. ille qui tam ratione originis, quam etiam domicilii esset certus, & contidens civis Perusinus, à patria ad modicum tempus, & accidentaliter accedens ad Urbem, in qua contractum inerat, exinde ad patriam regrediens, in qua domicilium usque ad obitum continuaverit, cum similibus.

14 E converso autem in hac facti specie plura concurrere observabam, ex quibus simul junctis manifestum videtur iudicium applicare dictam propositionem; Primò nempe quoniam prorsus improbabile, ipsique humano discursui contrarium videtur, ut inter illos qui diu atque ab infantia vixerunt, & vivunt in eadem Civitate, ob hujusmodi legale metaphysicam, vel superstitionem, an vivatur jure incolatus, vel jure moræ accidentalitatis, aliqui debeant reputari majores, & habiles ad contrahendum, &

alii minores, & inhabiles, cum iidem sint mores. Secundò quia ista mulier, & computabilem concurrem plurium civilitatum diversarum specierum.

15 Tertiò quia ut sæpius dictum est, sub diversis materiis in hoc theatro, & in alio opere itali idiomatis sub nomine Doctoris vulgaris, evidēs videtur ineptia Juristarū in eadē provinciam minorem ætate cum hæc diversitate regulare.

16 Quartò quia juxta mores, & leges loci contractus, ac penes totius Italiæ imbecillioris iudicii reputari ipsa mulier, quam ipse contrahens in etate viginti trium annorum.

17 Quintò quia idem postea uxorem duxit, & filios procreavit, & tamen usque ad mortem nunquam conquestus est necne actum impugnavit. Et sexto quia in nihilo pauperior effectus est, ejusque patrimonium non minuit, cum non cessaret vel dona verit non domino id quod jam suum esset, sed solum se abstinerit ab acquirendo illam proprietatem, quæ poterat esse inutilis ipsi, ipsa effecta fuerit hæres pleno jure, ex relatis disc. 1. de hered. & hereditat. & alibi, ac propterea adaptatur ea quæ habentur dec. 12. 29. 2. 30. & 323. p. 6. rec. & in Romana primogenituræ de Cæsarinis sub tit. de renunciat.

18 Atque hinc edocemur quam erroneum sit in hac materia procederet cum generalitatibus, cum reverà principaliter sit reflectendū ad rationem cum innixa sit statuti dispositio, & ad finem vel effectum à statutibus desideratum.

AUXIMANA REVELATIONIS PRO PETRO FRANCISCO TRAVAGLINO CUM COMMUNITATE CIVITATIS AUXIMANÆ.

Casus disputatus in Congregatione Boni Regiminis, & resolutus pro Travaglino.

De eadem materia, de qua supra disc. 23. super alienatione, vel obligatione bonorum Communitatium; Et quid ubi contractus non respiciat ipsam Communitatē, seu annonam.

SUMMARIUM.

- Falsi series. De alienationibus, & obligationibus, aliisque contractibus communitarum. Distinguantur plures casus in hac materia. An multas obligationis principalis suffragari se defussori. De expromissore, vel alio damnificato ex causa Communitatis, ut debeat relevari, & quomodo. De annona ejusque materia. Quod in casu necessitatis non attendantur solemnitates, & formulæ juris. De eodem in ratione politica sed prudentiali.

DISC. LVI.

Pro extinguendo censu centorum quatuor millium, & ultra, qui sub gravibus fructibus impositus fuerat per Civitatem Auximanam usque ab anno 1631. ex causa emptionis frumenti pro annona publica, cum pecuniis, quæ ab alio inveniebatur ad longè minorem fructum, oportebat quoque solvere scuta octo centum pro fructibus decursis; Cumque in ista causam non reperiretur qui pecuniam civitati dare vellet; Hinc Honorius Travaglino probus, & benevolus civis hæc summam proprio nomine accepit ad censum, eaque in istam causam erogata, Communitas illum relevare se obligavit; Cumque plurium annorum fructus de proprio solvisset; Idcirco pro relevatione, servatis servandis præfatus Petrus Franciscus hæres obtinuit à Governatore Civitatis contra Communitatē mandatum à Congregatione Boni Regiminis approbatum, cujus vigore facta fuit exequutio super quodam ejus Molendino, quam tamen exequutionem eadem Congregatio approbare noluit, sed prudenter ac iuste mandavit ut istud debitum extingui deberet cum particulari, & extraordinaria civium collecta seu contributione pro una vice; Huic verò determinationi eadem Communitate, vel aliquibus Civibus non acquiescentibus, idcirco nova disputatio in dicta Congregatione assumpta fuit, in qua solum ad scribendum in

in iure pro Curia stylo requisitus fuit ex parte Travaglini actoris, pro quo prodit resolutio precedentium confirmatoria.

2. Deducebantur itaque pro oppositore eadem fundamenta, quae habentur supra in jam editis *disc. 23. 25. & 26.* super invalida obligatione Communitatum absque requisitis utilitatis, & causae, quibus carere respondebant praetatum antiquum censum pro cuius fructibus dissolvendis impositus fuerat iste census de quo agebatur, totum ex dictis discursibus desumendo.

Scribens pro actore relevando, non impugnando ea quae in dicto discursu habentur; Decantabam solitam cautionem, quod scilicet punctus non esset in conclusione juris, sed in applicatione ad factum, ut in majori parte forensium controversiarum contingit, atque pro dicta applicatione congrue facienda pro stylo advertebam tres casus distinguendos esse.

3. Primo nempe ubi agatur de primo contractu qui directe fiat cum Communitate, inter quam, & contrahentem oriatur controversia super ipsius contractus validitate, qualis est casus de quo *disc. 23.* Secundo ubi agatur pariter inter contrahentem, & Communitatem, de secundo tamen contractu inito in causam dissolutionis debiti antecedenter contracti cum altero, super cuius validitate cadat dubitatio, an scilicet secundus contrahens de illa sollicitus esse debeat; Et tertio ubi in praesenti agatur de revelatione fidejussoris Communitatis, qui pro ea molestias, & damna recipiat, & receperit.

In primo casu dicebam intrare ea quae habentur *disc. 23.* in quo etiam habentur aliquae inter se pugnantiores resolutiones Rotae quas inducebam; Sed opus non erat expendere, quoniam essent probabiliores, utpote extra casum, ac propterea fuisse merito inanis evagatio.

In secundo quod scilicet secundus contractus solemnitate habeat, ac etiam causam de facto quae consistit de versione in dissolutionem primi debiti, quod tamen minus legitimum praetendatur; An scilicet secundus contrahens investigare teneatur, necne, aliqua dignoscitur varietas opinionum ex relatis per Salgad. in *labyrinth. p. 2. c. 17. nu. 46. & segg. Capobl. de Baron. pragm. 1. nu. 298. & segg. de Marin. resolut. 77. l. 1. cum aliis locis citatis*, sed pariter advertebam quod superflua evagatio erat, utpote extranea ab illo quaestione quae proprie versabatur in tertio casu.

Item autem dicebam in duos alios subsistingui debere, Unum scilicet in quo agatur de vero, & proprio fidejussore, quia nempe Communitate directe contrahente debitum, aliqui particulares cives pro ea fidejubeant, adeo ut licet pro moderno generali iure fidejussorum obligatio de jure habeatur tanquam principalium corcorum ex formula obligationis principaliter, & insolidum ad effectum tollendi necessitatem excussionis ac alia fidejussorum beneficia; At tamen naturaliter, & de facto est obligatio accessoria, & fidejussoria; Et alterum ubi communitate nullatenus contrahente, tam de jure quam de facto solus privatus se obliget, contemplatione tamen, & in gratiam communitatis, in cuius causam cedat accepta pecunia, pro qua se obligavit abiq; eo quod consistit creditore voluisse contrahere cum communitate; Itaque posterior erat casus praecisus in quo ex promissoris potius quam fidejussoris vel correi terminus cadere videbatur, & per consequens extranea quoque remanebat inspectio super questione de qua agitur supra *disc. 28.* & alibi, an nullitas contractus vel obligationis respectu principalis creditoris influat obligationem fidejussoris vel correi; Et de quo etiam habetur ad materiam bullae Baroni *sub tit. de feud. disc. 100.* ac alibi; Et quo casu communitas fidejussoris defensionem integra assumere potest, curando eius obligationem quoque invalidam declarari ob malam fidem creditoris, qui ita legem fraudare curavit ex insinuatis supra *disc. 25. & 26.* ubi de hac materia particularium fidejussorum pro Communitate; Et quatenus res non esset integra, quia nempe ipse fidejussor vel obligatus solvisset, dici posse videtur quod sibi imputet, cur eandem Communitatem interpellaverit, ut eum defenderet ac ad molestias liberaret, curando declarari contractum invalidum.

In altero autem casu, de quo proprie ac praecise agebatur, & in quo omnes praemissae considerationes vel rationes dubitandi cessant, quia nempe creditor nil agere volens cum Communitate, verè, ac citrà fraudem, & collusionem contraxerit cum privato tanquam in causam propriam; cum tunc etiam in illis locis in quibus, per leges particulares invalidantur obligationes particularium, non intrat

haec irritatio, ut advertitur supra *disc. 25. & 26.* adeo ut ita contrahenti, & se obliganti nullum suppedit confugium vel remedium adversus creditorem.

Atque in isto casu de quo non multum actum habetur, cum decisiones, & auctoritates, quas desuper habemus, alios praecedentes respectivè percutiant, advertebam quod ubi etiam ageretur de negotio vel commutativo (quale non erat ut infra) deciso pro meo iudicio penderet quoque de circumstantiis particularibus facti, adeo ut intrare quoque coniectus error procedendi cum solis generalitatibus, & in abstracto; An scilicet actus esset reverè sincerus, & bonae fidei, nec ne, dum aliàs ita de facili fraus fieri posset per administratores prohibitioni legis collusivè supponendo privatum, qui indebitè in causam Communitatis contraheret, ut ita irreparabiliter ea supplantata remaneret; Sed ubi reverè actus sit sincerus, & bonae fidei, quia nempe probus, ac benevolus civis, praesupponedo (ut supponere in presenti debebat) quod esset verus, & legitimus ille census antiquus de cuius extinctione pro utilitate Communitatis sollicitus erat populus, debitum in causam propriam ex solo zelo publicae utilitatis contraxerit, eo quia non posset alia eadem utilitas obtineri, ipsaque verso vera, & sincera sit, adeo ut cesset illa fraudis, & collusionis suspicio, quae supra consideratur; Et tunc etiam cum sensu veritatis, dicebam quod omnis iustitia, & aequitatis ratio sibi assitebat, cum aliàs esset dare maximum absurdum, scripto, & naturali juri contrarium, ut quis pro benevolò, & charitativo officio praestito, damnificatus remanere debeat, dum si qua culpa aderat, non advertendi ad praesentem invaliditatem primi census, illa erat generalis omnium civium, ac populi, ideoque ipsorum dicebam esse debere poenam sciendicium cum collecta vel contributione damnorum passum à benevolò benefactore.

Ponamus enim quod Civitas vel Locus, etiam iniuste, & de facto patiatur vel timeat damnum, pro quo evitando aliquis civis ipso populo, sed eius administratoribus rogantibus, & petentibus, suam interponat fidem, vel pecuniam praestet, utique scripto, & naturali juri contrarium, atque specie iniquitatis esset, ut ille bonus & charitativus Civis ita de proprio damnificatus remanere deberet pro benevolò, & charitativo officio, quoniam licet causa sit iniusta, at tamen in hoc spectatur factum, quod redollet speciem casus foruiti depraedationis, vel alterius indebitae molestiae totius loci vel populi, ac propterea omnes assidere debet, eodem modo quo ex omnium collecta vel contributione relevari debet indemnitas pro causa publica, & communis, quamvis indebita, & de facto passus esset.

Praeterea in hac facti specie ob ejus circumstantias cessare dicebam omnem difficultatem, quoniam reverè quaesitio non erat cum ipso corpore communitatis, de cuius bonorum distractione ageretur, ut erat in casu excussionis factae super molendinis, sed potius erat cum civibus particularibus, quoniam antiquum debitum pro cuius fructibus istud posterius contrahere oportuit, non fuit in causam communitatis, sed in causam annonae, quae verè, & proprie non est causa communitatis, sed singularium civium, quorum economicum negotium, sive economicam administrationem ad eos liberandos à Dardanariorum oppressione, gerere dicuntur Princeps vel Civitas ex iis quae in hac annona materia habentur *sub tit. de Regal. disc. 44. & 45. & 125.* Ideoque Cives cum collecta non solvant debitum Communitatis, fed proprium ob commodum, quod preceperunt emendi panem pro viliori pretio quam importaretur id, pro quo frumentum tempore penurioso emptum fuerat.

Ponderando etiam in hac specie debiti quod per Communitates contrahatur, ut rectè adaptentur ea quae supra *disc. 1. nu. 119.* habentur etiam in debitis contrahendis, vel alienationibus faciendis per Ecclesiam, quando magna, & imminens urgeat necessitas, ut tunc non procedat necessitas requisitorum circa solemnitates, & causam, ex regula, quod necessitas non habet legem.

Ac etiam quod intraret politica vice prudentialis ratio praerendi majus publicum bonum tam pro ea necessitate, quam fortius pro aliis, que in futurum evenirent, sit, quoniam si cum legalibus subtilitatibus procederetur, ita sequeretur quod in aliis indigentibus non inveniretur, qui Communitatibus traderent pecuniam, vel fidejubeant pro eis se obligando, quod utique maximum patere praedictum. Ideoque Juris conclusiones discretè intelligi debent in illis casibus quibus earum ratio inductiva congruat, & non aliàs, ac etiam in idem conferunt deducta *disc. seq. S. E.*

SENOGALLIEN DOMUS PRO MARCHITIS CUM PARQUINIS

Casus decisus per Rotam pro Marchitis.

De alienatione facta per minorem, quando dicatur facta ex justa causa ad effectum validitatis, vel invaliditatis actus, & de valida, vel invalida alienatione facta per heredem gravatum fideicommissio.

SUMMARIUM.

1. *Falsi seriet cum resolutionibus.*
2. *Haeres tenetur habere ratum factum sui actoris etiam in iuribus propriis, & quando sciat.*
3. *Alienationes bonorum fideicommissi pro aere alieno testatoris, valent, & quando locus.*
4. *Quod in principio certis damnabile sit facere cumulum allegationum.*
5. *De eadem conclusione de qua n. 3. quomodo intelligenda sit.*
6. *Alienationes factae per gravatum fideicommissio cedunt in causam detractionum ipsi gravato competentium.*
7. *An alienationes factae per ignorantem ignorantem, valent, & quando id procedat.*
8. *De objectis super alienatione facta per minorem in casu etc.*
9. *Quomodo estimari debeant bona alienata ad effectum vendendi an ad sit lesio necne.*
10. *De intelligentia conclusionis quod prius vendi debent mobilia, & aliam minus pretiosa, & in subsidium deveniri ad alienationem stabiliam.*
11. *An & quando inveniantur supplicat defectum requisitorum in alienatione facta per minorem.*
12. *An contractus facti, habita fide de pretio subsistatur.*
13. *Quod contractus iuris sine solemnitatibus subsistantur inter aequè minores.*
14. *Cum quibus considerationibus in hac materia procedi debeat.*

DISC. LVII.

De sancto Christophoro Lemmo, scripto haerede Franciscio Maria filio cum fideicommissio ad favorem ejus accedentium, & in istorum defectum filiarum ipsius testatoris, earumque descendendum, cum haereditas gravata esset censu in sorte scutorum bismille sub gravibus fructibus octo pro centenario, & scur. sexcentum, & ultra sub gravioribus usuris societatum officii ad rationem 12. pro centenario, immò aliquibus gravioribus judaicis, inter bona verò haereditaria adesse in Civitate Senogalliae patria, quadam domus habita loci portione conspicua notabilis sumptu constructa, ad huc tamen imperfecta, & inhabilis, & quae ad perfectionem, & usum alium notabilem exigebat sumptum dicto haeredi auctor minori impossibile; Hinc haeres cum consilio, & auctoritate Curatoris decrevit dictam domum alienare, eaque publice expolita venali etiam cum publicis proclamationibus, & subhaftationibus atque meliori non reperito emptore, adhibitis solemnitatibus ex loci statuto requisitis in contractibus minorum eam vendidit auctori illorum de Marchettis etiam minori pro pretio scutorum 2614. in quorum computum emptor in se accollavit dictam censuram scutorum bismille, reliquos verò sexcentum quatuordecim numerato solvit erogatos in praedictorum aliorum debitorum extinctionem; Post decessum verò annorum quadraginta Pasquini, & consortes filii sororum dicti Francisci Mariae venditoris desumpsit absque prole, duplicem habentes titulum; unum nempe fideicommissi, ad eorum favorem purificati; Et alterum haereditis ejusdem Francisci Mariae avunculi, ex utroque jure contra possessores iudicium immisionis ad dictam domum influerunt coram Ordinario, à quo sententiam favorabilem reportantur in secunda instantia ab A.C. ob quandam ejus nullitatem, tanquam in prima approbatam, introductam per appellationem causam in Rota coram Matthaeo, datoque juxta stylum dubio tanquam ex integro, an actoribus danda esset immisio, sub die 7. Maii negativa prodit resolutio confirmata 24. Februarii 1676. coram Rondinino, (subrogato, atque in hoc statu causa reperitur, istaque resolutiones Rotae mihi icribenti pro reis Conventis, reflectendo ad solam verita-

tem probabilem visae sunt, improbabilis verò precedente aliorum Judicum.

Distinguendo siquidem dictas personas, quas actrices representabant; Quatenus pertinet ad propriam jure aviti fideicommissi, illam omnino negligentiam esse dicebam, atque Rota admisit, idemque defensorum actorum in secunda disputatione coram Rondinino agnovit ex pluribus fundamentis, quorum quodlibet sufficiebat, multò magis eis simul junctis.

Primo nempe, quoniam cum ipsi essent haeredes dicti Francisci Mariae alienantis, quatenus istius respectu alienatio esset valida, & firma, ita eis obitabat regula vulgaris, & quotidie in praxi decantata text. in *l. cum à matre, C. de rei vendic.* cum hodie receptum sit, ut haeres teneatur habere reatum factum sui auctoris, illudque impugnare non valeat ex iuribus propriis, etiam ubi sit haeres beneficiatus, donec servatis servandis non doceat de legitimo inventario, ac ulterius non reddat rationem de bonis haereditatis, quae in dubio praesumitur opulenta, quoties etiam non fit ita evidenter nulla, & infecta, ut propterea etiam ipsimet, qui alienationem fecit, multo magis haeredi Vincenti tribuatur licentia illam impugnandi, puta ob manifestam resistenciam voluntatis testatoris, qui specialiter, ac entis illius rei consensu rationem desideravit, ac alienationem prohibuit, hinc ob vehementer resistenciam legis, ut habemus in feudis, & similibus, ut ita distinguendum habetur in tua fide *sub tit. de fideicommissis verò disc. 25. de legitim. & detraction. & alibi*, cum sit conclusio recepta.

Secundo dum alienatio facta erat pro dissolvendo aere alieno testatoris, quo casu dicitur bene facta perinde, ac si fideicommissi vinculum non adesset quoties pariter ob aliquam extraordinariam circumstantiam non adesset infectio, puta quia collusivè, & cum mala fide distracta esset res de melioribus, & majoris valoris, quando posset cum aliis bonis magis proportionatis minuique incommodis consili necessitati juxta distinctiones, & considerandos, de quibus in eadem sua sede *sub tit. de fideic. disc. 160. & seq. & 164.* & in aliis, cum illa videantur principia hodie plana, & recepta; Ac propterea repetere oportet scandalum, quod in dies concipio, videndo, quod in decisionibus, in quibus loquendum est more magistris, super eis adeo inutiles fuerunt auctoritatum cumuli, ut istis sequi cernitur; Et quamvis subtilizatione dici posset quod istud aes alienum defuncti non haberet illam urgentiam, quae desiderari solet, ex quo agebatur de censu, cuius fors est irreperibilis ab invito debitorè, ut in plerisque decisionibus legitur; Attamen quoties aliae non urgeant circumstantiae redolentes fraudem, & malam fidem, id pro meo sensu continere videatur unam ex constantibus leguleis frigiditatibus, potissimè ubi agatur de censibus pro frequentiori contingencia ad gravosam tractum, quam sit ille bonorum stabilitum, praeterim verò utrumque, cum potius ad alienationem bonorum devenire omnino expediat, tum ratione majoris utilitatis in fructu, tum etiam ob considerationes, de quibus *disc. 145. de date & alibi, quod scilicet* pro extinguendo censu, vel alio debito fructifero haereditatis aliqua res venditur, tunc haereditas non subjacet alteri d'anno, vel iacture, quam illi amissionis illius rei absque ulteriori progressu, sed quando census vivit, tunc ob negligentiam haeredis in solvendo annuatim fructus, fieri potest magnus illorum cumulus, qui universum assem aborbeat, atque fideicommissum destruat, dum creditor defuncti talis negligentia non praedicitur; Fortius vero in illis locis, in quibus receptum sit, ut ex iam pro fructibus debeantur interluria ex infinitatis in suis sedibus *sub tit. de cens. & sub altero de usur.* Ideoque iste remanet error manifestus.

Tertio, quia in omnem eventum alienatio, quando etiam non urgetur esse alienum defuncti, sive quod in ejus causam non cessasset, sustineretur in causam detractionum, ipsi haeredi gravato competentium ratione legitime, & trebellianicae non prohibita, ac etiam doctum maternam juxta conclusionem pariter planam, & receptam quotidie in foro decanta tam de qua *cod. tit. de fideicommissis disc. 128. & 162.* & magis ex proposito *disc. disc. 25. de legitim. & detractionibus & alibi, & in prima hujus causae decisione.*

Quarto magis ad satisfaciendum parti quam quod motivum crederem sustentabile deducebam assumptum, de quo aliis relatis apud Fufar. *q. 556. n. 1. Magon. det. Floren. 202. n. 12. ubi concordantes*, quod scilicet cum tam emptor quam venditor essent minores, certam fideicommissi scientiam non habentes, ita diceretur alienatio facta bona fide per ignorantem ignorantem, ideoque substitui debeat, atque in prima decisione coram Matthaeo, forte ob illos abusum, qui

qui insinuantur *disc. 32. in relict. Curie*, hoc assumptum simpliciter admittitur, quod tamen magis illud deducenti, reflectendo ad veritatem, nimium periculosum videbatur, minimeque tutum, ut in *cod. tit. de fideic. ad veritatem disc. 84. n. 12. & 173. n. 2. & alibi*, quoniam si illud subsisteret, ita actum esset de fideicommissis post aliquem temporis tractum, & quando penes ultiores, ac mediatos successores iusta ignorantia allegari potest; Ideoque istud assumptum nunquam yd in praxi admitti, cum verè, ac propriè illud procedat in fideicommissis conservatorio, ac poenali ad excludendum delictum ob alienationem, ob quam præterdatur factum esse locum caducitatis, secus autem in fideicommissis reparatorio, & ad reddendam perpetuam, & irretractabilem alienationem factam à gravato, adeò ut obliget successorem, ut illi acquiescere teneatur, Solumque isto casu admittendum videtur instar, & ex identitate rationis, illud æquivalentium iudicis arbitrio, quod *sub tit. de credit. & pignoris & alibi* consideratur super moderacione rigoris text. in *l. cred. arbitrio ff. de distract. pign.* quando scilicet absque incommodo tertii possessoris, qui ratione ignorantie, & bone fidei sit commiseratione dignus, possit fideicommissum esse bene consultum de eius reintegracione ex bonis gravati alienantem, dum in fideicommissarii successoris electione repositum est, vel bona alienata vendicare, vel ad pretium contra alienantem agere ex deductis præscriptum *disc. 173. de fideic.* quia nempe non interfit magis recuperare bona, quam habere dictam reintegracionem in pretio, ubi quod magis expedit agere contra alienantem, secus autem si interfit quia nempe agatur de bonis, super quorum conservacione verisimilis testatoris voluntas, vel desiderium assistat.

Major itaque penesque omnimoda disputatio fuit super impugnatione huius alienationis ex altera persona hæredis alienantis, qui viventi eadem impugnatione compereret ab nullitatem resistentem à Statuto loci continente decretum annullativum cum enervacione indirecta juramentis, vel directa valida ratione confirmacionis Apostolicæ iuxta frequentem superius insinuata, cum in hoc Principatu obistorum statutorum frequentem usum huiusmodi impugnationis alienationum factarum per minores, vel mulieres frequentissimè cernatur.

Defectus autem non deducebatur ratione solemnitatium materialium consentium in decreto iudicis, & intervenit Curatoris, vel proximorum, cum ista essent adhibita, sed deducebatur ratione causæ simpliciter. Primò, quia juxta quamdam peritorum æstimationem istud ædificium supponebatur magni valoris scutorum novem millium circiter, ideòque malè alienatum à minore pro scutis bis mille, & sexcentum; Secundo, quod servata non esset forma text. in *leg. magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. eorum. Et* ex pretio sequatur æris alieni dissolutio, quod in præsentis sequutum non erat, dum emptor in se accollaverat censum; Et tertio, quod debebant prius distrahi mobilia, aliaque bona minus pretiosa, non autem ædificium adeò in loco conspicuum, quod expediebat conservare.

ten ad fructum & utilitatem cum pensibilibus ex eorum locatione obtinerendis, eo modo, quo in dictis magnis, & Metropolitanis Civitatibus sequitur; Quinimo etiam in istis, cum sua proportione, quando agitur de palatiis, & ædificiis nimium sumptuosos, & conspicuis intrat eadem consideratio, quoniam plerique adfunt palatia adeò magno sumptu constructa, ut seculia ratione decoris, & magnificencie, ætenticque regulis æconomicis, & arithmeticis habitari dicantur cum annua æconomice scutorum respectivè decem, & quindecim immò viginti mille scutorum, cum tamen si eadem palatia exponantur conducticia vix invenitur pensio scutorum mille, vel respectivè mille, & quingentum, & parum plus; Idemque circa presium in sorte; quoniam si exponatur venalia, vix invenitur quinta pars, & minus ejus, quod erogatum fuit; Et per consequens intrat regula; quod res tanti valet, quanti communi æstimatione vendi potest, atque emptorem invenit, quoties ad hunc effectum agitur regulandi læsionem in jam facta alienatione, vel in illa faciendi, quoties eam facere expedit; Atque si hæc procedunt in ædificiis jam perfectis, & habitabilibus, adeò aliqua, est comparative modica, utilitas per piatur, multò magis ubi agatur de ædificio imperfecto, & inhabitabili, ideòque prorsus inutili.

Quo verò ad secundum obiectum, quod juxta regulam 10 text. in *l. lex que vires. C. de admittit. cum concordantibus*, distrahi prius debeant bona mobilia, & le movencia aliaque etiam stabilia minus considerabilia, duplitem respondebam: Primò nempe ex facto, quod scilicet per actores impugnantes actum, & quibus incumbit onus probandi illam qualitatem, quæ erat sue impugnationis fundamentum juxta distinctionem, de qua *d. disc. 25. de legat. & de erad. & alibi*, non docebatur de hujusmodi bonorum existentia, quam inverisimilem esse advertebam, cum testator de tempore mortis in tali facta constitutus erat, ac vivebat, quod cogebatur tenere summas adeò notabiles sub gravibus usuris, & interusuris, quod utique præsupponendo illum virum prudentem, & non amem itulium vel amentem, sequutum non esset, si pecunias, & mobilia promptè venditionis habuisset.

Et secundo, quoniam dictus ordo adhibendus venit, quando pupilli, vel minoris, vel alterius, qui liberam suorum bonorum dispositionem, ac administrationem non habeat, ita interfit, quia nempe agatur de prædiis rusticis, vel urbanis, quæ tam ratione utilitatis, quam ratione decoris, & honorificentie habere expedit, ut exemplariter solet in antiqua dono habitationis destinata, in qua majorum imagines habeantur, sive alia nobilitatis, & antiquitatis signa, & documenta, cum similibus circumstantiis, juxta locorum, ac personarum, & divinarum qualitates merendis, Ideòque iustitias species videatur in hoc procedere cum regulis generalibus, vel cum doctrinis, & auctoritatibus, quæ diversis percipiunt casus juxta commune pragmaticorum vitium, sive inepitiam; Hæc autem consideratio in præsentem non intrabat, dum agebatur de quodam novo ædificio incepto, & non perfecto, ideòque inhabitabili, ac inutili, quod non solum in possessore, vel ejus majoris, qui illud inceperat, decorem, & utilitatem non tendit, sed potius operatur oppositum, ejusque imprudentiam comprobatur, & redarguit juxta parabolam Evangelicè de eo, qui cavepit ædificare, & non potuit consummare; Atque hinc advertebam, quod ita hic minor duplice premebatur onere, uno scilicet istorum centuum, aliorumque debitorum in gravibus usuris, & interusuris, & altero notabilis sumptus necessarii ad ejusdem ædificii perfectionem, qua sequuta aliam utilitatem non reportasset, nisi illam splendorem, & commodioris habitationis, quæ sine magnis divitiis est potius in ludibrio.

Demum, quoad tertium obiectum dicebam, quod cum istud non proveniat à Statuto, cujus forma adimpleta esset, sed proveniat à dispositione juris Civiliis, istius dispositio cessabat per juramentum ad vulgares text. in *auth. Sacramenta puber. C. si advers. vendit. & in cap. cum contingat de jur. jur. & cap. per vestras de donat. inter vir. & ux. acque sep. hoc cod. tit. & alibi* advertebat, & præscriptum *disc. 143. de dotat.* In hoc etenim differunt ea, quæ requiruntur ex dispositione juris communis civilis, & ea, quæ requiruntur per statuta, quod ista pro frequentiori contingencia, vel tollunt juramentum expressè, & directè in vim Apostolicæ auctoritatis, & confirmacionis, vel illud tollunt indirectè, præsumendo vitium naturale, ut locus citatis advertebat, quod juri communi non adaptatur.

Præterea dispositio *d. text. in l. magis puto. §. ne tamen.* patetè discretè pro facti qualitate intelligenda venit, adeò ut intrat

intrat idem, qui supra insinuat error procedendi cum generalitatibus dum principaliter inspicit debet ratio, cui ejus dispositio innixa est, ne scilicet sequatur inconveniens, ut minor privatus remaneat re, & pretio, quia minus idoneo emptori habita de eo fidei, alienatio fiat; Secus autem ubi adimpleatur finis, adeòque ejus indemnitas remaneat bene consistunt, ut in præsentis ex facti qualitate sequerebatur, atque docebat eventus per tempus adeò diuturnum annor. 40. juxta consideraciones, de quibus *disc. 40. de judic.* occasione agendi de requisito subhastacionis bonorum debitoris, ut præsentis pecunia fieri debeat; Quandoque etenim, immò frequenter ejus, cujus bona distrahuntur, interest procedi per hanc viam accollationis, vel honestæ dilacionis, quoties de emptore idoneo, & tuto agatur, ut ita facilis inveniantur oblatores in majori numero, ex quo provenit augmentum pretii, dum difficilis extra magnas Metropolitanas, vel nimium divites, & Mercantiles Civitates, ac emporia invenitur copia oblatorum cum integra pecunia numerata, quando agatur de pretio notabili.

13 Deducebam quoque eov, & alii pro hac parte Scribentes supra insinuatum motivum, quod etiam emptor esset minor, ideòque ageretur inter æquos privilegiatos, illudque præsertim in prima decisione nimium consideratur; Verum reflectendo ad veritatem, capiendū illud solum, & de per se non videbatur considerabile, cum verius, magisque receptum sit, ut regula conquisitionis privilegiorum in hoc non intrat, ut frequenter in præcedentibus *hoc cod. tit.* advertebat; Bene tamen ista circumstantia est consideracione digna, ut cum alius, ut supra conjungatur ad excludendum dolum, & machinationem ex parte illius, qui cum minore contrahit, ut ita magis præsumptio bonæ fidei intrat, ut in præsentis stantibus præmissis, ista consideratio rectè intrabat.

14 Alia quoque consideracione attendenda, quod ille, qui alienationem fecerat, quamvis attendita dispositione juris communis, cum qua in hac parte in loco vivitur, dicendus esset minor, utpotè intrat ætatem annorum 25. attamen erat in tali ætate constitutus, quod juxta magis frequentem usum, & leges particulares Italicæ, censendus esset major, utpotè supra viginti, adeòque in hac parte verificari diceatur una ex prorsus irracionabilibus juristarum ineptiis, ut in perisquis locis advertebat, magis verò *hoc cod. tit.* in opere Italici idiomatis; Ac etiam, quod idem, qui alienationem fecit, major factus, ac diu supervivens, vir providus, & prudens, actum non impugnavit, ideòque gesserunt parentes actorum cum silentio adeò diuturno annorum 40. atque cum istis consideracionibus simul jurgendis potius, quam cum aliquibus superfluitiosis formalitatibus, in hac materia procedendum videtur ut pluries in præcedentibus advertebat.

EUGUBINA CENSUS PRO CAMILLA BARZIA DE MARCOLINIS CUM CONVENTINIS.

Causa disputatus coram A. C. resolutus pro Conventinis, & pendit in Rota.

An minor absque solemnitatibus statutariis validè se obliget, & contrahat ratione alicujus officii, & publice administrationis, & præsertim ex causa.

SUMMARIUM.

- 1 Fidei series.
- 2 De stylo Signaturæ.
- 3 Minor validè se obligat in causam publicam.
- 4 Minor deputatus à Principe ad excecandum publicum minus dicitur habitatus.
- 5 Quod iudicium Advocatorum solet esse suspensum.
- 6 Minor est incapax publicorum officiorum.
- 7 Legatus Apostolicus non derogat, neque dispensat juri communi.
- 8 Conclusio, de qua n. 4. procedit scientia.
- 9 Declaratur conclusio, de qua n. 3.
- 10 Ut privilegium causa suffragetur cori divori debet credi in eandem causam, & non alias.
- 11 Quod excusetur, qui contrahit cum illo, qui publicè officium exercet.
- 12 De minori ætate abbreviata.
- 13 De obligatione Annoniariorum.
- 14 Obligatio minoris unà cum pluribus maribus valida est.

15 Ob rationem publici favoris non curatur damnum privatum.

16 Quando annonario damnificato consultum sit adversus Civitatem, vel alios Civis sive officiales.

D I S C. LVIII.

Disponente Eugubina Civitatis Statuto, ut singulis 1 annis de mense Maii, quatuor idonei, ac discreti Civis nominari debeant Ducis Urbini tunc Domino, qui eos præficiat administrationi annoræ, ejusdemque Statuti eos continuare post devolucionem, adeòque ut pluries insinuatis præsertim *disc. 2. de donat. Legatus Apostolicus* explicet partes Ducis; Ita de an. 1646. sequuta est deputatio quatuor administratorum, quorum unum fuit Constantius Barzianus constitutus in ætate annorum decem & octo; Cumque ex determinationibus Congreg. boni Regiminis relatis per Cohel. ad Bull. boni regim. s. 21. n. 7. atque ut supponebatur etiam ex particulari consuetudine Civitatis hujusmodi annonarii officiales Abundantierii nuncupati, debeant opportuno tempore provisionem facere de frumento, accipiendo sub propria obligatione pecunias ad interesse ex distributione panis mutuantiibus restituendas juxta illam annoræ æconomicam administrationem, de qua *disc. præcedenti, & sub tit. de Regal. disc. 44. 45. & 125.* Idcirco alter ex eis nempe Sebastianus Marinus de mense Augusti super ejus prædico, tam ut abundantierii quam etiam privato nomine censum imposuit ad favorem illorum de Conventinis cum accessione, & obligatione in solidum aliorum trium in sorte scutor. 3000. qui per separatum instrumentum in continenti in eodem loco coram eisdem Notorio, & testibus, nulla tamen præsentie creditorum facta mentione, consignati fuerunt alteri Administratori, qui Depositarius, vel Casperius nuncupatus, se obligavit reddere rationem, ac relevare indemnis istos Abundantierios, inter se eandem revelationis promissionem facientes pro censualibet rata; Cum itaque ob deficientiam d. Casperii, & modicam idoneitatem aliorum trium, creditores pro fructibus census in vim obligationis in solidum, agerent coram A. C. contra Camillam hæredem præfati Constantii jam defuncti, excipientem de nullitate dictæ obligationis contractæ per minorem sub matre Curatrice adhuc viventem, non servata forma statuti, & Eugubianæ Constitutionibus hinc post aliquas disputationes favore creditorum decretum fuit mandatum exequitivum, à quo per Signaturæ Justitiæ stylo enunciato *disc. 37. de judic. & disc. 31. in relatione Curie* ob materiæ ambiguitatem, cum clausula suspensiva, seu translativa *si quid exequendum*, commissa fuit causa appellacionis in Rota, ubi pendet.

In disputationibus itaque habitis, tam coram A. C. quam in Signatura, nulla cadebat ratio dubitandi super obligationis invaliditate, quatenus illa fuisset in causam merè privatam propriam, vel alienam, dum Scribentes eam admittent, ideòque totus punctus consistebat in eo, quod obligatio contracta esset ex causa publica administrationis officii Civitatis, ideòque minori ætate non obstante validè contracta esset ex firmatis per Bal. Novell. & alios relatores per Canev. *variar. res. sol. part. 2. cap. 1. n. 46.*

Illam quoque assignando rationem, quod dum Cardinalis Legatus, qui Principis vices, vel per personam gerit, illum quamvis minorem præferret publico munerè, ita super defectu ætatis cum eo dispensaverit, atque ad omnia habilitaverit ex cumulatis per Magistr. *de Magistratibus lib. 2. cap. 5. n. 58. & seqq.*

Quamvis autem in eo disputationis calore, ut frequenter in Advocatis contingit, mihi pro Camilla rea conventa Scribenti, evideretur hujus obligationis nullitas, unde de consequenti resultare clara iniustitia decreti; Maturius tamen reflectendo ad veritatem, causa me tenet ancipitem, forteque magis inclinatem in diversum sensum pro ejusdem obligationis validitate, & consequenter pro decreti iustitia; Adhuc tamen expectabitur Rota: iudicium, quatenus à me consulta concordia, controversiæ finem non tribuat.

Scribendo itaque more Advocati, duas efformabam inspectione; Unam scilicet super invalida minoris deputacione, quodque propterea cessare applicatio dictæ conclusionis cum validè, & legitime deputacionis præsupposito præcedenti; Et alteram præsupposito quod deputatio esset valida super puncto, an ista obligatio dici possit contracta in causam publicam, & ratione officii.

Quatenus pertinet ad primum; Deducebam in primis defectum potestatis in præfato Cardinali Legato dispensandi